t, durch Verehrung und Dankbarkeit verbunden waren oder
-ländischem Sinn und Streben mit ihm geeint wussten.
de ersuchen wir, jeden in seinem [illegible]se, unsere
und sich der Einziehung von [illegible]trägen unter-
Bitte richten wir an die [illegible]edactionen von
Zur Entgegennahme der Ergebnisse dieser

Cf. A. L. Z. 1834. nr. 11. Pölitz Repert. 1833. No. 24. S. 403–405. Ztschr. f. Althw. 1834. N. 147–149 von Konr. Mallwitz.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ

ΦΙΛΙΠΠΙΚΑΙ.

DEMOSTHENIS

PHILIPPICAE

SECUNDUM CODD. MSCR. RECOGNITAE.

PROLEGOMENIS ANNOTATIONE CRITICA ET COMMENTARIIS

ILLUSTRATAE

AB

IOANNE THEODORO VŒMELIO

GYMN. FRANCOF. RECTORE ET PROF.

VOLUMEN III.

FRANCOFURTI AD M.

SUMPTIBUS SIGISMUNDI SCHMERBERI.

MDCCCXXXIII.

ΠΕΡΙ ΑΛΟΝΝΗΣΟΥ.

HEGESIPPI

ORATIO DE HALONNESO

SECUNDUM CODD. MSCR. RECOGNITA.

PROLEGOMENIS

ANNOTATIONE CRITICA ET COMMENTARIIS ILLUSTRATA

AB

IOANNE THEODORO VŒMELIO

GYMN. FRANCOF. RECTORE ET PROF.

FRANCOFURTI AD M.

SUMPTIBUS SIGISMUNDI SCHMERBERI.

MDCCCXXXIII.

FRIDERICO CREUZERO

CELEBERRIMO

SEMINARIUM PHILOLOGICUM

ANTE VIGINTI QUINQUE ANNOS

HEIDELBERGAE INSTITUTUM

SUMMA CUM GLORIA ATQUE UTILITATE TUITO
ET MODERATO

CONGRATULATUR

THEODORUS VŒMELIUS.

HEGESIPPI
ORATIO DE HALONNESO.

Quod nuper promisi ac recepi, jam perficio et, ut spero, re comprobabo. Neminem enim aequum judicem fore puto, qui me audaciae accuset, quod orationem de Halonneso edidi sub nomine Hegesippi. Nisi forte quis dixerit audaciam, quod orationem illi vindicavi certo consilio ac firmis argumentis. Argumenta vero in Prolegomenis composita non magis falsa sunt, quam illud „si A = B, et B = C, erit C = A." Nam orator hic est accusator Calippi Paeaniensis; accusator autem hujus est Hegesippus; ergo Hegesippus hanc orationem dixit. Reliqua prolixe exposuimus. Nec caret haec ratio exemplis. Quodsi offensionem audaciae vitavi, laudem etiam diligentiae quaesivi. Haec enim oratio locos de commercio ac mercatura veterum, de *δίκαις ἀπὸ συμβόλων*, de agripetis Potidaeae, de formula pacis

Philippicae corrigenda, de Cardianis, de aliis rebus ad antiquitatem pertinentibus classicos continens nunc primum annotatione perpetua instructa est. Eadem in multis codicibus desiderata, nunc copiosiore lectionis varietate ornatur. Quinque nostrorum codicum varietatem integram, reliquorum selectam adscripsi. In commentariis id sedulo spectavi, ut tironibus prodessem, sed etiam doctis placerem; non solum discipulos docerem, sed etiam eruditos juvarem. Hoc quidem consilium ad primum volumen praefatus significavi, sed est quod repetam propter quosdam minutiarum studiosos, qui nunc in literarum orbe tamquam in regno suo partes distribuunt. Iis invitis manebunt quae vera vidi; me optante falsa collabentur.

Reliquum est ut indicem quae neglexerint operae:

P. 49 lin. 5 Q uocu m corr. Quocum.
P. 65 lin. 2 *δίκαιος*, *οἰ* corr. *δίκαιος* [1], *οὐ*.
P. 73 lin. 4 *αὐτον* [b], *οὐδὲν* corr. *αὐτὸν* [b], *οὐδὲν*.
P. 97 in not. d *ve cogere* corr. *ne cogere*.
P. 111 §. 4 not. 2. *ἐκκοπτουσι* corr. *ἐκκόπτουσι*.

Notae Codicum Orationis De Halonneso.

Obsop. = Pannonicus. Wolfii.

Codex	Group		Equivalent	Group
β	Morellii.		= Γ	Augeri.
γ	Morellii.		= O	Augeri.
ε	Morellii.		= Ee	Augeri.
ϑ	Morellii.		= N	Augeri.

Codex	Group
Harleianus	Taylori.
Aldina Taylori	Taylori.

Codex	Group
Augg. 1, 2, 3.	Reiskii.
Weimaranus	Reiskii.
Lessingianus	Reiskii.

Codex	Group		Equivalent	Group
P				Augeri.
U				Augeri.
k	Bekkerus in hac oratione non contulit.		= Cc.	Augeri.
p	Bekkerus in hac oratione non contulit.		= D	Augeri.
r	Bekkerus in hac oratione non contulit.		= M*	Augeri.
t	Bekkerus in hac oratione non contulit.		= X	Augeri.
Σ	Bekkeri.		= K	Augeri.
Γ	Bekkeri.		= L	Augeri.
u	Bekkeri.		= Rr	Augeri.
v	Bekkeri.		= Ss	Augeri.
F*	Bekkeri.			Augeri.
Ω*	Bekkeri.			Augeri.

---

*) F cum Bavarico consentit.

*) Ω proxime ad Σ accedit.

*) M consentit säpe cum Aug. 1.

Vind. 1	=	**Nro. LXX Nessel. Catalog.**
Vind. 4	=	**Nro. CV „ „**
Rehd.	=	**Rehdigeranus.**
Bern.	=	**Bernensis.**
Lind.	=	**Lindenbrogianus.**

PROLEGOMENA

IN

ORATIONEM DE HALONNESO.

ORATIO DE HALONNESO

VINDICATUR HEGESIPPO ET QUA OCCASIONE HABITA SIT NARRATUR.

Qui de hac oratione scripserint?

§. 1. Jam Libanius in argumento orationis, de qua quaerimus, et veterum auctoritate et rationibus suis adhibitis, si verum dicimus, ita accurate disputavit, ut fere quaestionem absolverit; quod igitur recentiores vestigiis illius ingrediuntur, jure meritoque laudandi esse videntur: Meursius[1], Dounaeus[2], Taylorus[3], Jacobsius, Rüdigerus[4], Göllerus[5], qui cum Lelando eam orationem a posteriore aliquo

1) Attic. Lectt. Lib. III. cap. 6.

2) Praelectt. in Demosth. Or. de pace p. 74 sq.

3) In Reiskii Oratt. Att. Vol. VIII. p. 721 sq.

4) De Canone Philipp. p. 11 sqq. in Schaeferi Apparatu Dem. Vol. I. p. 126 sqq.

5) Prolegg. II. p. 35 sqq. cf. Leland. Vers. Praef. Vol. I. p. XXXVII sq.

scriptore confictam esse putat, et Schaumannus [6]. Accedunt interpretes orationum Demosthenicarum variique scriptores; primas autem tenent Alb. Gerh. Beckerus [7], Chr. Gotth. Gersdorfius [8] et Franc. Winiewskius [9].

Sed quum a plurimis tantum negetur Demosthenis eam orationem esse, cujusnam ea sit, in medio relinquatur ac dubitetur, quumque quaedam praetermissa, et non ultro citroque causam ita agitatam esse videamus, ut tum Weiskii opinio, qui „orationem de Haloneso Demostheni vindicat" [10], explosa ejectaque sit, tum ut verus orator quis sit, certo cognoscatur recteque ac proprie oratio inscribatur; nobis, audaciam atque arrogantiam minime praeferentibus, argumenta recolenda esse videntur, ut dubitatio, si fieri possit, omnis tollatur ratione et via, qua in spuriis libris censendis praeiverunt Wyttenbachii, Wolfii, Creuzeri, Boeckhii, reliqui.

---

6) Prolegomena ad Demosthen. p. 38 sq.

7) Demosthenes Ut Orator Vol. I. p. 280 sqq. Deinde in Seebodii Archiv. 1825. p. 84 — 97. Accuratissime in Version. Philipp. Dem. Vol. II. p. 301 sqq. cf. Recensionem Rauchensteinii in Jahnii Annall. 1830 XII, 4 p. 379 sqq.

8) Beyträge zur Sprachcharakteristik der Schriftst. des N. T. Vol. I. p. 15 sq. in Schaeferi Appar. loc. cit. p. 130 sq.

9) Commentar. in Dem. Or. de Coron. p. 128 sqq.

10) Lubbenae 1808, in Schaeferi Apparatu loc. cit. p. 437 sqq.

Primum igitur videbimus, quantum a proprietate Demosthenis abhorreat forma orationis.

De singulis verbis et formulis.

§. 2. Dudum quidem mirabar, quomodo quidam duabus tribusve formis dicendi singulisque vocabulis agitatis sagacissime odorarentur, quam posterioris aetatis esset liber aliquis vere antiquissimus; sed magis etiam mirabar, quomodo fieri posset, ut istis multitudo fidem haberet. Nihil enim difficilius mihi videbatur, quam e singulis vocabulis stylum agnoscere, quia alii quoque eadem, quibus aequalis delectabatur, in eodem genere adhibere poterant, dico cummaxime τὴν πολιτικὴν λέξιν. Quare quas Weiskius diligentissimus p. 22 proposuit tanquam Demosthenicas formulas: ἀφαιρεῖσθαί τινος τὸν λόγον p. 77 §. 3, παρακρούεσθαι ibid. §. 5, διοικεῖν τά τινος ibid., et μηδὲν δεῖσθαί τινος p. 79 sq. §. 12 et 16, eas omnes apud alios quoque scriptores in eadem significatione occurrere in notis monstrabo; contra, quae Rüdigerus mecum conjunctissimus, ut orationem de Halonneso non esse Demosthenis ostenderet, vocabula collegit [1], ad eum finem non referenda sunt. Nisi quod orator p. 82 §. 23 dixit τῷ Φιλοκράτους ψηφίσματι τῷ ἀπολλύντι Ἀμφίπολιν, personaliter de re; nam De-

1) Loc. cit. p. 17 sq.

mosthenes f. leg. p. 357 §. 53 dixit: ὡς — τὸ ψήφισμα τουτὶ ἔλαβον τὸ τοῦ Φιλοκράτους — ἀπώλοντο. Sed ipse ille proxime §. 24: τὸ ψήφισμα Φιλοκράτους, καθ' ὃ ὑμεῖς ἀπώλλυτε Ἀμφίπολιν. Addi potest p. 83 §. 25: ψηφίσματα τὰ σώζοντα τὴν χώραν.

Deinde quod idem vir doctissimus vituperat ἐπιστομιεῖν p. 85 §. 33, merito quidem vituperat, est enim comicum, Aristoph. Eqq. vs. 841: τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐπιστομίζειν, taceo posteriores Plutarchum et Lucianum. At non est oratoris ipsius, sed sumtum ex epistola Philippi: ἐπιστομιεῖν ἡμᾶς ἔφη τοὺς ἑαυτῷ ἀντιλέγοντας.

Tum ad p. 83 §. 29: πεφυλαγμένως ἅπαντα πρὸς ὑμᾶς ἐπιστέλλειν. Demosthenes quanquam non idem adverbium, alia certe ejusdem formae multa usurpavit, ut: Olynth. I. p. 13 §. 14: ἀντιληπτέον ἐῤῥωμένως. Mid. p. 527 §. 41: βεβουλευμένως ὑβρίζων ἐστίν. Timocr. p. 749 §. 157: ἐσκεμμένως πράττοντες. Aristocr. p. 665 §. 137: τετυφωμένως.

Denique quod Ducas observavit p. 77 §. 5: εἰ καί τις ἄλλος non Demosthenis esse, qui dicere soleat: εἴπερ τις ἄλλος sine καί, oblitus est ille c. Timocr. p. 701 §. 4: εἴπερ τινὶ καὶ ἄλλῳ.

Sunt tamen, quae in Demosthenis germanis orationibus non inveniantur; praeter ea, quae Weiskius observavit: P. 79 §. 12: ἐπιμιξίαι. — P. 77 §. 4: ἐκκόπτειν, *expellere*, nos haesitamus

in his: p. 78 §. 8: ἀφεστήκατε cf. Phil. IV. init. p. 131. Sed verus Demosthenes ἀφέστατε Chers. p. 99 §. 37. Proöm. quidem 46 p. 1453: ἀνεστηκέναι, sed verus Olynth. II. p. 26 §. 29: διεστάναι. Lept. p. 500 §. 142: μεθεστάναι. Cf. nunc Benseler. ad Isocr. Areop. p. 88 sqq.

P. 80 §. 17: διεπίστευεν cf. spuria Phil. IV. p. 145 §. 51: διεπιστεύετο. — P. 81 §. 19: ἐπαναγιγνωσκομένου apud Demosthenem non legitur; Bavaricus exhibet simplex ἀναγιγνωσκομένου. — P. 86 §. 39: ἅ τ' ἐπιστέλλει — ἔτι δὲ καὶ ἃ πράττει, καὶ ταῦτ' εἰδέναι. Simplicius Demosthenes fere dixisset: ἅ τ' ἐπιστ. καὶ ἃ πρ., εἰδέναι. Sed haec magis ad consecutionem vocabulorum pertinere video; singulorum illorum probitatem non tango, in Demosthenis orationibus ea reperiri nego, hoc autem non multum valere concedo. Verum tamen vanum est judicium de spurio aliquo aut germano libro, nisi naturâ scriptoris et genere dicendi proprio confirmatum; videamus igitur

de consecutione verborum.

§. 3. Et vero diversitas orationis, quae inter jejunum nostrum oratorem et Demosthenem copiosissimum intercessit, non tam in singulis verbis, quam in eorum constructione et in dictionis habitu posita est.

Quod initio Ἄνδρες Ἀθηναῖοι et quod sine ὦ dicitur, Demostheni prorsus inusitatum est, nisi si alium loquentem inducit, familiarem sermonem imitans. Chers. p. 98 §. 35. fals. Leg.

p. 406 §. 209. Hoc autem omitto, quia Dionysius Halic. locum bis citans (cf. Scaligeri Ἀναγραφὴ Ὀλυμπιάδων ad Olymp. CIX, 2), eam particulam facillime a pictore neglectam (cf. Chers. p. 99 §. 37 not. f.) addidit, Σ codex praestantissimus retinuit, in reliqua oratione semper dicitur ὦ ἄ. Ἀθ., et Leptinea item incipit Ἄνδρες δικασταί, ut oratio contra Zenothemim. In Aristocratea quoque, attamen in medio enunciato, p. 663 §. 130 editur: τοῦτ', ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ubi duo Bekker. et duo Vindd. codd.: τοῦτ' ὦ Ἀθηναῖοι vel τοῦτο, ὦ Ἀθ. Item Cor. p. 293 §. 196: ἄνδρες δικασταί Var. ὦ δικασταί. Mid. p. 562 §. 148: ἄνδρες δικασταί. Vind. 4: ὦ δικ. Cf. Gersdorf. loc. cit. Bernhard. Synt. p. 71. Schoemann. ad Isaeum p. 228.

Perfectum pro Aoristo in hac oratione solito saepius occurrit: p. 80 §. 15. — p. 81 §. 19 ibiq. Schaeferus exempla collegit p. 78 §. 6. p. 83 §. 28 p. 84 §. 29 p. 86 §. 38 p. 87 §. 43. Adde p. 84 §. 29 et alia.

Deinde animadverte p. 80 §. 15: ἐπὶ προφάσει τῇ τῶν λῃστῶν φυλακῇ, quae apponendorum verborum structura puro Demosthenis usui aliena esse videtur.

P. 81 §. 18: οὐδὲν ἄλλο ἢ πεπεισμένος ὑπὸ τούτων non memini me legere in Demosthenicis. Nam ab eo usu recedunt Dem. Chers. p. 92 §. 10: οὐδὲν ἄλλο ποιοῦσιν ἢ etc. ibid. p. 96 §. 27, οὐδὲν οὖν ἄλλο ποιοῦσι οἱ κατηγοροῦντες ἐν ὑμῖν ἤ.

Illud non dico vituperandi causa. Similiter p. 84 §. 32: εἰς τὰς πόλεις βιασάμενος non Demosthenicum est, quanquam ab aliis frequentatum. Vide Raphel. ad Evang. Lucae cap. 16 vs. 16. Fritzsch. Lucian. p. 197. Orat. adv. Aristogit. I. p. 778 §. 28: ἐς τὸ ἐντὸς τούτων βιάζῃ item spurium, ut quod in Or. adv. Phil. Ep. p. 157 §. 18 repetitur: Φιλίππῳ ζῶντες καὶ οὐ τῇ ἑαυτῶν πατρίδι, e nostra oratione p. 80 §. 17. De ea constructione vide Tholuck. in Pauli Ep. ad Rom. cap. 14 vs. 7.

Non igitur erat, quod e constructione verborum Weiskius exempla styli Demosthenici peteret p. 22, qualia quoque sunt de Substantivo inter Participium et pendentem Casum interposito, ut τὴν καταψευδομένην γνώμην τῶν πρέσβεων ταύτην p. 81 §. 19; ejus enim generis multa non solum e Demosthenis, ut Chers. p. 95 §. 21, Phil. II. p. 67 p. 8. not. 2, sed etiam ex aliorum orationibus, praecipue Lysiae congesserunt Förtschius Observatt. p. 38. Krügerus ad Dionys. Thuc. Jud. c. 26 p. 139. Funkhänelius Quästionn. p. 20 sqq.

Maxima vero diversitas est periodorum eaque tanta, ut cuique vel discipulo, qui unam modo Demosthenicam orationem legerit, differentia continuo appareat. Demosthenis enim dictio constat fere enunciationibus longius ductis minorumque partium comprehensione continuatis; neque sane est aut facilis aut simplex, non multum dissimilis

Thucydideae formae vel Platonicae [1]. At in hac oratiuncula plane est diversa compositio; enunciationes plerumque breves et concisae, forma propemodum Lysiaca. Unum tamen Demosthenici generis circuitum deprehendimus p. 77 extr. §. 5: *παρακρουσθῆναι ἂν ὑμᾶς οἴεται ὑπὸ τῶν τἀνταῦθα διοικήσειν, ὡς ἂν αὐτὸς ἐκεῖνος βούληται, καὶ πρὶν ὑπεσχημένων καὶ νῦν δὲ πραττόντων.* At omnes codd. inter *διοικήσειν* et *ὡς* tuentur *μελλόντων* molestum illud quidem, sed explicandum ex oratoris ingenio, quod toto dictionis habitu cernitur.

De habitu dictionis.

§. 4. Primum pungit nos in tantâ rerum propositarum copiâ inopia oratoris, qui, quum Demosthenes abundans idonea nominum communione delectetur, Synonyma nulla unquam conjunxit, nisi bis e formula solemni *ἐλεύθερος καὶ αὐτόνομος* p. 84, in qua eadem pagina legimus: *δίκαιον εἶναι καὶ φιλάνθρωπον*, quae ne sunt quidem ejus oratoris verba propria, sed citata e Philippi epistola, item p. 85 §. 33: *προκεχειρισμένων καὶ ἑτοίμων ὄντων.*

Contra ad nauseam usque repetit eandem sententiam, ut: p. 77 §. 2 — 4 *ἑαυτοῦ* et *ὑμετέραν εἶναι*, item p. 83 §. 28 — 29. P. 79 §. 9 — 10

---

1) Videsis ad Liban. Vit. Dem. p. 3. R. §. 3 not. 7 p. 13.

ita languide reponit orator, quae Philippus scripserat, ut plane eadem bis dicantur; pari ratione p. 80 §. 14 — 15, p. 87 §. 44 et ubique fere. Adde p. 80 §. 15: *συμπέμπων τοὺς συμπλευσομένους*, ubi tamen F cum suo Bavarico simplex dat *πλευσομένους*.

Verba eadem saepissime recurrunt; vide p. 81 §. 19: *ψήφισμα* ter in uno enunciato. P. 81 §. 19 sq.: *καταψεύδεσθαί τινος*. P. 82 §. 22: *εἰρήνη* quater. P. 87 §. 43: *γράψαι ἐν ψηφίσματι Κάλλιππον Παιανέα. καὶ τοῦτό γ' ἀληθὲς λέγουσιν. ἔγραψε γὰρ καὶ ἐμοῦ γ' αὐτὸν γραψαμένου παρανόμων γραφήν* etc.

Capita omnia misere incipiuntur prorsus eodem modo: *Περὶ δὲ τῶν*, *Περὶ δὲ τοῦ*, *Περὶ δὲ τῆς* etc.

Structurâ eâdem, quam Demosthenes rarissime et non facile nisi addito Adjectivo vel Pronomine composuit, noster vehementer gaudet, Verba cum cognatis Substantivis nonnunquam etiam nude conjungens. Conf. Gersdorf. loc. cit. Exempla sunt haec:

P. 77 §. 2: *ἔλεγε — τοιούτους λόγους. — τοῦτον δὲ τὸν λόγον* etc. Item p. 81 §. 20, p. 82 §. 23. P. 79 §. 10: *ὅρκων ὀμωμοσμένων, οὓς Φίλ. ὤμοσεν.* P. 80 §. 14: *φυλακὴν φυλάττειν.* Ibid. §. 16: *ἀποστόλους ἀποστέλλειν βούλεται καὶ δαπάνας οὐ μικρὰς δαπανᾶν.* P. 81 §. 18: *Περὶ δὲ τῆς ἐπανορθώσεως* (omiserunt Σ et Vind. 1) *τῆς εἰρήνης, ἣν ἔδοσαν ἡμῖν οἱ πρέσβεις — ἐπανορθώσασθαι,*

ὅτι ἐπηνωρθωσάμεθα. P. 84 §. 30: *Περὶ δὲ τοῦ ἑτέρου ἐπανορθώματος, ὃ ὑμεῖς ἐν τῇ εἰρήνῃ ἐπηνωρθώσασθε.* P. 84 §. 33: *Περὶ δὲ τῶν ὑποσχέσεων, ὧν ὑμῖν διατελεῖ ὑπισχνούμενος.* P. 82 §. 23: *ὑπὸ τῶν ἐνθάδε διδασκάλων προδεδιδαγμένος.* P. 83 §. 26: *τὸ ψήφισμα τοῦτ' ἐψηφίσασθε.* P. 87 §. 41: *ἐπιστέλλει ἐν τῇ νυνὶ ἐπιστολῇ.* Attamen etiam Dem. Chers. p. 108 §. 75: *τὸ πρᾶγμα ἐπράχθη* nude; sed reprehendo nimium.

Non commodior est repetitio oratoria sive *Ἀναδίπλωσις*, quae alieno loco inculcata satietatem parit: p. 85 §. 33 sq.: *τῆς εἰρήνης γενομένης. γενομένης τῆς εἰρήνης* (attamen vide Varietatem Lectionis). Nec nos hunc locum, quem exempli causa Tiberius [1] attulit, reprehendendi causa proponimus; frequentatam repetitionem vituperamus. P. 87 §. 41 sq.: *εἴ τι πρὸς αὐτοὺς διαφέρεσθε. διαφέρονται δὲ πρὸς ὑμᾶς.* P. 87. §. 45: *κακοὺς κακῶς ἀπολωλέναι.*

In figuris apparet labor quaerentis; quam est enim frigida *Ἀντίθεσις* p. 80 §. 17: *τὰς παρ' ἐκείνου δωρεὰς λαμβάνοντες οἴονται οἴκαδε λαμβάνειν, τὰ οἴκοι πωλοῦνται.*

Namque si quis non naturali quodam robore causam agit, tum vim ac vehementiam quaerit in rebus externis, tum apte dicendi operâ perditâ et studio frustra impenso invitus in formas in-

---

1) Cap. 25 p. 42. ed. Boisson.

currit ineptas. Noster igitur perversae gravitatis causa Pronomina demonstrativa relativis nusquam non postponit aut male adjicit. Vide modo p. 78 §. 7, p. 80 §. 17, p. 81 §. 19, p. 86 §. 38, §. 39, p. 87 §. 45. Demosthenes eâ gravitatis formâ non nusquam tantum usus est et ne semel quidem nisi de re gravi, idque concinnitatis gratia. Dionysius Compos. cap. 9 p. 48: *Τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσαι τήνδε τὴν λέξιν, ἣν ὁ Δημοσθένης εἴρηκε, προσθήκῃ πλεονάζειν οὐκ ἀναγκαίᾳ τῆς ἁρμονίας ἕνεκα; „ὁ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην, ταῦτα πράττων καὶ κατασκευαζόμενος, οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ, κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ."* ibiq. Schaefer. p. 106 et Melet. p. 83 sq. Locus Dem. exstat Phil. III. p. 115 §. 17.

Sed nolo omnia notare ad taedium legentis; qui plura desiderat, ipse facili negotio inveniet, et me etiam non monente videbit quam prodigus ille sit condimenti, cui parcit Demosthenes.

Prae ceteris amat orator de Halonneso Ironiam aut potius Chleuasmum; vide p. 84 §. 32 bis. p. 85 §. 35, p. 87 §. 44. Ad hunc locum observavit Ducas: *ἆρ᾽ οὐ μεγάλα φαίνεται ὑμᾶς εὐεργετῶν;] εἰρώνεια ταῦτα. πολλῇ γὰρ χρῆται ταύτῃ, καὶ ἐκ τούτου δῆλον, ὅτι ὁ λόγος οὐκ ἴδιος τοῦ Δημοσθένους.* P. 88 §. 46. Tam cumulata Ironia est pusilli et acerbi animi minimeque sapit modesti Demosthenis eloquentiam, qui distinguebat orationes figuris tanquam luminibus, non obscurabat vel foedabat moerore et acrimo-

niâ. Quid quaeso summo illi oratori magis horridum, quid tritius, quid ineptius visum esset, quam in concione Atheniensium, penes quam majestas erat et summa rerum, comicum dicere: εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε, *si modo vos cerebrum in temporibus, et non in calcibus conculcatum geritis.* Quam vulgarem et asperam sententiam omnes merito vituperabant. Longinus [2] trajectionem ultra eum modum latam corrumpi vimque suam amittere docet. Asperitatem loci observavit Hermogenes [3]. Cave objicias addi ab Hermogene alterum asperitatis exemplum vere Demosthenicum. Nam iis verbis Demosthenes non Athenienses appellavit, sed proditores. Acerbitatem suavitate ac lenitate semper temperavit eodem Hermogene observante [4]: δυςχερὲς παρὰ Δημοσθένει καθαρὰν εὑρεῖν τραχύτητα [5]. Eupolidi igitur comico [6] et Aristippo

---

2) De Sublim. XXXVIII. init.

3) Form. Lib. I. cap. 7 pag. 294 sqq.

4) Ibidem p. 295.

5) Conf. Dounaeus loc. cit. p. 75.

6) *Καὶ μηκέτ', ὦ 'ναξ Μιλτιάδες, καὶ Περίκλεες,*
Ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα,
Ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

Schol. in Aristid. p. 175 ed. Frommel. Vide Valcken. Diatr. p. 252 sq. — Eustathius ad Iliad. O. vs. 271: *πᾶσιν δὲ παραὶ ποσὶ κάππεσε θυμός* observavit p. 1015,

obscoeno [7] talia condonamus, qualium prudentem et moderatum oratorem nemo accusabit; etsi quando dormitare Ciceroni aemulo Demosthenes videtur, tam arcte et tam graviter non potest dormire [8].

Quae alia de dictione disceptanda sint, a Dionysio Hal. admonemur. Demosthenes enim, quae optima essent et utilissima, elegit, contexuit et unum e multis dicendi genus perfecit, magnificum, humile (μεγαλοπρεπὲς, λιτόν); comtum, simplex (περιττὸν, ἀπέριττον); variatum, vulgare (ἐξηλλαγμένον, σύνηθες); ornatum, verum (πανηγυρικὸν, ἀληθινόν); severum, jucundum

---

10. Rom.: Ἴσως ἡ τοιαύτη τοῦ θυμοῦ συμβολικὴ παρὰ τοῖς ποσὶ πτῶσις ἐδίδαξε τὸν Δημοσθένην εἰπεῖν μιμητικῶς καταπεπατημένον φέρειν ἐν πτέρναις Ἀθηναίους τὸν ἐγκέφαλον. — Ἰστέον δὲ, ὅτι Ὁμήρου μὲν παραὶ ποσὶ ῥίψαντος θυμὸν Ἀχαιοῖς, Δημοσθένους δὲ πρὸς πτέρναις Ἀθηναίοις τὸν ἐγκέφαλον, ἡ κοιμωδία σκώπτουσα τοὺς σχηματιζομένους φιλοσοφίας λόγῳ σεμνοπροσωπεῖν, εἰς τὸ μέτωπον αὐτοῖς ἐπιγράφει τὸν νοῦν. Λέγεται οὖν Ἄμφις ὁ κωμικὸς εἰπεῖν, ὅτι

> Ἐπαινῶ τὸν βίον τῶν φιλοποτῶν ἤπερ
> Ὑμῶν τῶν μόνον ἐν τῷ μετώπῳ νοῦν ἔχειν
> Εἰωθότων.

Conf. infra §. 9 not. 7.

7) Diog. Laert. Lib. II. §. 79: Διονύσιος ὁ ἐν τοῖς ποσὶ τὰς ἀκοὰς ἔχων.

8) Tourrell. Praefat. Histor. p. 117 sq. in Opp. Vol. II. p. 141.

(αὐστηρὸν, ἱλαρόν); incitatum, remissum (σύντονον, ἀνειμένον); suave, amarum (ἡδὺ, πικρόν); mite, vehemens (ἠθικὸν, παθητικόν), ut a Proteo non differret, qui omnes sibi formas nullo negotio adaptabat [9].

Nihil ejusmodi in oratione de Halonneso [10], in ea nihil est luxurians, sed ad veritatem et necessitatem usus praesentis exacta sunt omnia et accurato quidem studio elaborata ac castigata, sed remissa et jejuna, ut p. 83 §. 26: *φησὶ δ' Ἀμφίπολιν ἑαυτοῦ εἶναι. ὑμᾶς γὰρ ψηφίσασθαι ἐκείνου εἶναι, ὅτ' ἐψηφίσασθε ἔχειν αὐτὸν ἃ εἶχεν. Ὑμεῖς δὲ τὸ μὲν ψήφισμα τοῦτ' ἐψηφίσασθε, οὐ μέντοι γ' ἐκείνου εἶναι Ἀμφίπολιν. ἔστι γὰρ ἔχειν καὶ τἀλλότρια, καὶ οὐχ ἅπαντες οἱ ἔχοντες τὰ ἑαυτῶν ἔχουσιν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ τἀλλότρια κέκτηνται.* Nolo longiora languidae et verbosae orationis exempla describere. Cf. p. 82 §. 24, p. 87 §. 43 etc.

Ὅλος ἐστὶν ἀκριβὴς καὶ λεπτὸς καὶ τὸν Λυσιακὸν χαρακτῆρα ἐκμέμακται εἰς ὄνυχα. Sunt verba Dionysii [11]; quo eodem judice ut simplex est

---

9) Dionys. De Adm. Vi Dem. c. 8. p. 975, qui haec exemplis demonstravit. Conf. F. A. Wolf. „Leptin. p. XXXX sqq.

10) Vid. Dionys. l. cit. c. 9 p. 981.

11) Dionys. loc. cit. cap. 13 p. 994. — Ejusd. jud. de Isaeo cap. 12 p. 606 sq. quem locum Reiskius illustravit in Or. Graec. Vol. VII. p. 328.

Lysias, ita Demosthenes, ut et Isaeus hujus praeceptor, in compositione verborum, eloquendi formis, sententiarum vehementia varius atque ornatus; orator autem de Halonneso raro aliquid ostentat ἐξαλλαγῆς ἢ σεμνολογίας ἢ δεινότητος ἢ τῶν ἄλλων τινὸς, ἃ τῇ Δημοσθένους δυνάμει παρακολουθεῖν πέφυκεν.

Venustas enim quaedam et elegantia ultra exordium et initium confirmationis non extenditur. Quod diligentissime compositum constat 1) propositione adversarii, προτάσει, 2) ejusdem ratione, ὑποφορᾷ, 3) opposita responsione, ἀντιπροτάσει, 4) refutatione, λύσει. Est igitur exemplum plenae tractationis, in qua nihil vituperandum, nisi forte, quod compositum est anxie [12]. Sed laudemus quod est laudandum. At ubi orator ad confirmationem descendit, statim deficit moxque omnino exstinguitur et venustas et robur, nec est ejus vel venustas nervosa vel robur venustum. In Demosthene robur multum, venustas sufficiens; haec non apparet nisi suo loco, illud nunquam deponitur, sed adeo firmiter et constanter nervi adhibentur, ut illi oratori insiti vel exercitatione parati esse videantur [13].

Color igitur orationis atque habitus dictionis tum in singulis verbis tum in eorum composi-

---

12) Vide Hermog. Invent. Lib. III. cap. 3 p. 136 sqq. Conf. Orationis §§. 2 et 3.

13) Dionys. l. c. cap. 13 p. 995.

tione tum in figurarum affectatione a Demosthenis consuetudine et ingenio discrepat; rerum forma in dispositione et argumentatione plane abhorret. *Ὁ δὲ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι· δηλοῖ δὲ ἡ φράσις καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία πολὺ τὸν Δημοσθενικὸν πεφευγυῖα τύπον, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη παρὰ τὴν ἰδέαν τούτου τοῦ ῥήτορος.* Libanius.

De dispositione.

§. 5. Quantam artem in singulis per totam orationem suo loco disponendis exercuerit summus orator, alibi demonstravimus [1]; statim post prooemium, ut diximus, vires deficiunt oratorem de Halonneso, qui pedissequus Philippi epistolâ trahitur. Propositioni autem: *βούλομαι πρῶτον μὲν περὶ ὧν Φίλιππος ἐπέσταλκε, περὶ τούτων διεξελθεῖν, ὕστερον δὲ περὶ ὧν οἱ πρέσβεις λέγουσι, καὶ ἡμεῖς λέξομεν*, eique partitioni tam parum congrua est tractatio, ut *priore* parte absoluta ita iste peroraverit: *Ὑπόλοιπόν μοί ἐστιν ἔτι πρὸς ταύτην τὴν ἐπιστολὴν τὴν εὖ ἔχουσαν καὶ τοὺς λόγους τῶν πρέσβεων γράψαι τὴν ἀπόκρισιν, ἣν ἡγοῦμαι δικαίαν τ' εἶναι καὶ συμφέρουσαν ὑμῖν.* Demosthenis si haec esset oratio, profecto summus orator dicendus foret non solum mancum opus nobis reliquisse [2] (deest enim re-

---

1) Programm. autumn. 1828. p. 10 sq.

2) Vid. A. G. Becker. Version. loc. cit. p. 322 ibiq.

sponsi exemplum), sed etiam confudisse. Ille enim non alteram partem exposuisset, alteram scripto quodam exemplo quasi absolvisset, quo exemplo utraque iterum pars conjungeretur.

Demosthenes tantam, quantam e prioribus nemo, gloriam ex eloquentia percepit, nihil fortuito et temere scripsit, sed ut magnam compositioni verborum, ita distributioni sententiarum operam impendit; quippe qui sciret duplicem esse bene dicendi modum, et eum qui in rerum tractatione, et eum qui in verborum usu consistat, utrumque autem in binas partes dividi, alterum in inventionem et inventorum dispositionem, alterum in verborum delectum et delectorum compositionem, efficaciorem vero esse compositionem et dispositionem [3].

De argumentatione.

§. 6. Quid porro si memineris, id quod summus orator Romanorum observavit, tantum in Demosthene esse cursum verborum et sic evolare orationem, ut ejus vim atque incitationem adspiciamus, vestigia ingressumque vix videamus; et si recordaris, oratorem de Halonneso impruden-

---

citt. Weisk. loc. cit. p. 6 sq. p. 18 sq.: „Orator quum professus esset se primum ad epistolam Philippi, tum ad legatorum sermones responsurum, tamen de epistola postquam peroravit, statim transit ad legem ferendam de responso ad literas illas legatorumque sermones dando."

3) Dionys. Hal. loc. cit. cap. 51. p. 1112.

ter, inscite, leviter gravissima argumenta tractasse: num miraberis, quod in ista oratione sententias deprehendis abruptas, et quod omnia noster nullo nexu ad persuasionem apto consarcinatus est? Exempla si desideras, tota oratio est aspera atque horrida; inspicias quaeso argumentationem §§. 24 sqq.

Desunt igitur signa, quibus facile cognoscuntur verae et genuinae orationes Demosthenis, desideratur varietas, robur et apta compositio [1].

Quare omnes interpretes [2] aliique scriptores, in quibus sunt Valesius, Valckenarius, Ruhnkenius, ad unum omnes, illius esse opusculum negaverunt. Quod in judicium conveniunt r e s g e s t a e, quas mox narrabimus, refutatis antea iis, quae obstare videantur.

Contrarium refutatur.

B. G. Weiskius libello singulari docte, acute et ornate scripto, quem supra laudavimus, Demostheni orationem eam vindicare conatus est. Quaecunque autem argumenta congessit, facile dissolvi videntur. Primum sumit ille ex auctoritate veterum; quae qualis sit, ipse aestima.

---

1) Dionys. Hal. locc. laudd.

2) Reiskius quidem in Versione dubitaverat. Vol. I. p. 137, postea vero rectius sensit. Vide Becker. Vers. Vol. I. p. 307, et Weisk. loc. cit. p. 44.

Judicia veterum.

§. 7. Plutarchi et Athenaei sententias de quodam verborum lusu infra §. 9 et 11 audiemus; Longini et Hermogenis judicia de agresti illo loco supra §. 4 exposuimus, et in altero Hermogenis loco[1] de plenae tractationis capite non nominatur Demosthenes tanquam auctor, nec omittitur nomen, ut saepe, sed esse dicitur hoc exemplum τῶν ἀρχαίων. Gravis est vero auctoritas Dionysii Hal., qui in Epistolâ ad Ammaeum[2] orationem de Halonneso dicit Pythodoto archonte a Demosthene compositam esse. At alii jam viderunt Dionysium ibi neque quae verae neque quae suppositae essent orationes, ostendere, sed quo quaeque anno habita esset earum, quas in canone[3] τῶν τοὺς ῥητορικοὺς πίνακας συνταξάντων[4] sive in tabulis aut Pergamenis[5] aut Callimachi[6] invenit. Cui ipse

1) Invent. Lib. III. c. 3 p. 139.

2) Ep. I. cap. 10 p. 737.

3) De Canone Alexandrinorum vid. Ruhnken. Hist. crit. in Rutil. p. XCIV sqq. Wyttenbachii Elogium Ruhnken. p. 144 sq. Wolfii Prolegom. Hom. p. CCXV sqq. A. G. Becker. Version. Dem. p. 505 sqq. Ejusd. Demosth. orator p. 266 Not. 4.

4) Ep. ad Ammaeum I. cap. 4 p. 725.

5) Jud. de Dinarcho cap. 11 p. 661: οὗτος (sc. ὁ λόγος) ἐν τοῖς Περγαμηνοῖς Πίναξι φέρεται ὡς Καλλικράτους, ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ἐκείνου ἐστὶν, οὐκ οἶδα.

6) Vide infra §. 12.

sciebat non omni ex parte credendum esse, sed rem traditam mutare tunc non poterat, nisi si in alienum locum, qui longioris esset disquisitionis, excurrere volebat [7]. Temporis autem spatio etiam postea, quum de Atticis oratoribus scriberet, restrictus plurima de orationibus Demosthenicis dicenda in aliam dissertationem i. e. in peculiarem scriptionem de Demosthene multo recentiorem distulit [8], et rejecta cui operam impendebat quaestione, ut solebat [9], id solum quaesivit, quod amicus petierat.

Cujus esset oratio, posteriores demum, quos Libanius dixit πρεσβυτέρους [10], extricasse viden-

---

7) Vide Rauchenstein. De Ordine Olynth. p. VIII. (49). Cf. Westermann. idem argumentum perlustrantem p. 78 sq.

8) De Adm. Vi Dem. cap. 32 p. 1057: *πολλὰς ἔχων ἀφορμὰς λόγων, ταύτην μὲν εἰς ἕτερον καιρὸν ἀναβάλλομαι τὴν θεωρίαν, εἴπερ προςέσται μοι χρόνος.*

9) Jud. de Thucyd. cap. 1 p. 812: *σοῦ δὲ βουληθέντος ἰδίαν συντάξασθαί με περὶ Θουκυδίδου γραφὴν ἀναβαλόμενος τὴν περὶ Δημοσθένους πραγματείαν, ἣν εἶχον ἐν χερσὶν ὑπεσχόμην τε ποιήσειν, ὡς προηρρῦ, καὶ τελέσας τὴν ὑπόσχεσιν ἀποδίδωμι.* Ea autem scriptio, quam Dionysius ut amico satisfaceret, de manibus deposuit, Rankio (De Dionys. Epist. ad Amm. Quedlinburg. 1832) videtur fuisse accurata quaestio de Demosthene, quam diu post Epistolam. ad Ammaeum I absolvit, eam vero Epistolam eidem viro sagacissimo videtur etiam ante librum de priscis (atticis) oratoribus scripsisse. Cf. A. G. Becker. Dionys. p. XLVI.

10) Quosnam intellexerit Libanius, non liquet, Alexan-

tur, ut nos censemus, Caecilius Dionysii amicus, qui singulari opera de spuriis Demosthenis orationibus disputavit, et qui Calactinum secuti sunt. Dionysius certe quum de Atticis oratoribus inquisivisset, persuasum sibi habebat spuriam esse eam orationem; id quod patet ex ejus locis supra §. 4 citatis, i. e. quoties eam commemoravit, eandem eximendam esse censuit ex Demosthenicis orationibus, quum stylus omnino diversus esset et fere Lysiae proprius.

Reliqui omnes aut dubitant, aut opus quanquam spurium esse putabatur, tamen ex usu vulgari tanquam genuinum citant. Ex eorum numer oomittamus Alexandrum Aphrodisiensem [11] atque Tzetzem frequentatum verborum lusum tangentes, et Eustathium, qui memoriter duos tritos locos citat [12]; sed etiam laudant quos-

---

drinosne criticos, qui de germana aut supposita praestantiorum et ab aliis in numerum receptorum librorum conditione inquisiverunt, an posteriores Caecilium atque Dionysium Halicar., an etiam recentiores.

11) In Topica Aristotel. Lib. II. p. 84 sq. ed. Venet. 1513, et ap. Suid. s. v. ἐγκράτεια. Vol. I. p. 672. — Tzetz. in Iliad. p. 122, 22 in Dracon. Strat. ed. Herm.: ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τοῖς Ὀλυνθιακοῖς πού φησι: μὴ δοῦναι, ἀλλ' ἀποδοῦναι.

12) In Iliad. Lib. Ο' vs. 271 p. 1015, 44 Rom. Schol. ibid. p. 421 b 23 ed. Bekk. quod Schol. prorsus item legitur in Cod. Mscr. Lipsiensi Bibl. Paulin. No. 1275 fol.

dam locos: prooemii Aelius Aristides[13], mediae orationis p. 80 §. 16 Minucianus[14], Thomas Magister et Ulpianus[15]; alios locos, ut jam monuimus (§. 4), Demosthene tamen non nominato, Tiberius exempli causa proposuit[16]. Harpocration autem s. vv.: *Βούχετα*, *Πανδοσία* et *Σύμβολα*, quasi nulla esset dubitatio, verba orationis profert, quanquam meliorem opinionem prodidit sub aliis vocabulis: *Ἡγήσιππος. οὗτος δέ ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος, οὗ δοκεῖ τισὶν εἶναι ὁ ἕβδομος Φιλιππικὸς ἐπιγραφόμενος Δημοσθένους.* — Idem s. v. *Ἀλέξανδρος.* — *οὗ πάλιν Δημοσθένης μνημονεύει ἐν ἑβδόμῳ Φιλιππικῶν, εἰ γνήσιος ὁ λόγος*, quod repetit s. v. *Ἐλάτεια.* Inde reliqui Lexicographi, Anecd. Bekker. p. 375, 27 s. v. *Ἀλέξανδρος*, Etymolo-

---

190 b: *Κάππεσε θυμός* vs. 280] *Οὗτος ἐπὶ φόβου, ὁ δὲ Δημοσθένης ἐπὶ μωρίας, ὡς τό Τὸν ἐγκέφαλον ἐπὶ πτέρνας φορεῖ.* De *λαβεῖν* et *ἀπολαβεῖν*, *δοῦναι* et *ἀποδοῦναι* Eustath. in Iliad. Α' vs. 98 p. 56, 35. vs. 116 p. 62, 5. Tertium quoque locum Eustathius citavit Β' vs. 697 p. 324 fin.: *Μέμνηται δὲ Πτελεοῦ καὶ ὁ Δημοσθένης. ζήτει ποίου.*

13) Rhetor. Lib. II. cap. 13 §. 3, p. 518 ed. Jebb.

14) P. 156, quod debemus Reiskio. — Thom. M. s. v. *Κατασκευάζω*, extr. et s. v. *Σύμβολον*.

15) Ad locum orationis citatum. Citat et alium locum p. 86 §. 41 sqq. ad initium Phil. IV.

16) P. 34 et p. 42 ed. Boisson. et apud Schol. Hermog. p. 401, quem locum Reiskio debemus.

gicum M., Suidas et Photius s. v. Ἡγήσιππος [17]. Adde Suidam et Photium s. v. Προτιμᾶν, Anecd. Bekker. s. v. Ἐπιτιμῶ p. 136, 12. s. v. Ἐπιλανθάνομαι ibid. 17.

Qui Patriarcha Constantinopolitanus sibi ipse refragatur. Nam in Bibliotheca Cod. 265 init. cunctatur quaestionem dirimere ob rationes, quibus Libanii auctores confutare sibi videtur, tum

---

17) Suidas et, qui eum secuti sunt, diversos ejusdem nominis Hegesippi homines confuderunt Tarentinum Comicum et Atheniensem oratorem. Vide Meineckii Quaestion. Scenic. Specim. III. p. 43. Oratorem Aeschines (c. Ctes. p. 509 §. 118. c. Tim. p. 86 §. 64) per ludibrium appellavit Κρώβυλον i. e. qui comam antiquo more in verticem retortam, sive cincinnos ad uvarum hederacearum aut cornu similitudinem spirâ tortili compositos gestabat. Cf. Thucyd. Lib. I. cap. 6 ibiq. Goeller. Xenophon Anab. Lib. V. cap. 4 §. 13 Κρώβυλον dixit τιαροειδῆ. Hesychius s. v. Κρωβύλος (ut in Thucydidis et Xenophontis historiis scribitur): ὁ μαλλὸς τῶν παίδων ἢ ὁ κόρυμβος τῆς ἐμπλοκῆς, ἥ ἐστιν ἀνηνεγμένη ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν. οὕτω δὲ καὶ ὁ ῥήτωρ Ἡγήσιππος — ἐκαλεῖτο. De forma κρωβύλου vide Winckelmann. Hist. art. Lib. V. cap. 1 §. 14 ibique Meyer. Ejusd. Dissert. cap. 3. §. 66. Creuzeri Fragm. Histor. p. 235. Thiersch. in Actis Monac. Vol. III. p. 273 sqq. Phavorinus s. v. Κέρα ἀγλαέ p. 1036, 56 sq. ed. Camer. De differentia inter κρώβυλον et κόρυμβον Deswertii Dissert. de Heraclid. Pont. p. 61. De aliis Hegesippis vide Joecheri Lexicon s. v. Cf. Jacobs. ad Anthol. Vol. VIII. p. 122.

addit: ἐγὼ δὲ εἰδὼς πολλάκις καὶ λόγους διαφόρων γεννητόρων πολλὴν ἔχοντας τὴν ὁμοιότητα καὶ διάφορον ἐργασίαν λόγων τὸν αὐτὸν ἐγνωκότων γεννήτορα. οὐ γὰρ ἀεὶ καθέστηκεν ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ πάντα, ὥςπερ οὐδὲ ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτως οὐδὲ κατὰ τοὺς λόγους ἡ ἀνθρωπίνη δύναμις, ἄλλως τε δὲ οὐδὲ ἐν τοῖς καιριωτάτοις τῶν ἰδιωμάτων τοῦ ῥήτορος, ἀλλὰ καὶ ταύτην ἐπ' ὀλίγον ὁρῶν τὴν διαφοράν, οὐκ ἔχω θαῤῥεῖν ἀποφήνασθαι, εἴτε Ἡγησίππου πόνος ὁ περὶ Ἁλοννήσου λόγος εἴτε τῆς Δημοσθενικῆς ἐλάττωμα καθέστηκε φύσεως. Si Photius reputavisset orationem, in qua inprimis elucet Demosthenis ingenium, de falsa legatione eodem anno habitam esse; argumentationem suam debilem intellexisset. Reliqua docet A. G. Beckerus [18].

His veterum sententiis plene expositis patet Photium nimis timuisse neque rem magno pondere pependisse, apparet reliquos aut dubitasse aut quosdam locos nude citasse aut sensisse Hegesippi esse orationem, constat nullum, ne unum quidem ex omnibus, Demostheni eam diserte vindicasse, id quod, quum alios negare intelligerent, necessarium fuisset, nisi cum his ipsi consensissent. Nec perspicio, cur Weiskius [19] suae rei propugnatorem appellet Quintilianum,

---

18) Version. loc. cit. p. 306 sq.

19) Loc. cit. p. 11 not. 13.

qui maximus rhetor magis vituperat quam laudat propositionem orationis his verbis[20]: Interim estne finitio (i. e. status rei propositae proprius et dilucida enunciatio) apud Demosthenem: det Halonnesum Philippus an reddat? Quibus nec magis quam Hermogenis vel Dionysii verbis ullum aliquid efficitur, nisi hanc orationem Quintiliani tempore in ordinem redactam fuisse. Libanius vero et ii veteres, quos sequitur, eam Hegesippi esse videri fidenter pronunciant. Quorum auctorum gravitatem sentiens Weiskius, ut suam opinionem ne vehementer labi concederet, erroris eos accusavit, quasi Libanius nullos habuisset auctores. Nae ille temere. Notos enim Libanius sua aetate auctores appellavit τοὺς πρεσβυτέρους et τινάς, quo eodem vocabulo usus est Photius; Harpocration autem φασί inseruit. Itaque non potuerunt errare. Jam perpendamus adversarii argumenta reliqua.

Quibus argumentis Weiskius suam opinionem confirmare studuerit.

§. 8. Primum, inquit, non potest dubium esse Demosthenem tum publice habuisse orationem hujusce fere, cujus haec de Halonneso est, argumenti. Nam et nonnullis de rebus ejusdem

---

20) Instit. Lib. III. cap. 8 §. 5, p. 273 ed. Fab.

generis in aliis quoque orationibus ille agit, et ab Aeschine aliisque diserte traditur cummaxime postulasse, ut Halonnesus a Philippo non daretur, sed redderetur. Ita fere Weiskius, qui proximis ostendit, habitam esse orationem de Halonneso. Recte; neque est enim Declamatio Grammatici. Aeschineum autem argumentum in fine hujus capitis tractabimus, alterum, ut quisque videt, nemo negabit: easdem res eodem tempore a diversis oratoribus dictas esse.

Deinde quod multos Weiskius locos collegit, ubi repeti sententias a Demosthene putabat, ut monstraret, quae in oratione de Halonneso p. 84 §. 29 dicta essent: *ὃς τὴν χώραν, ἣν οἱ Ἕλληνες καὶ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἐψηφίσαντο καὶ ὡμολογήκασιν ὑμετέραν εἶναι*, ab eodem eadem postea repetita esse in Phil. III. p. 114 §. 16: *ἡνίκ᾽ εἰς Χεῤῥόνησον, ἣν βασιλεὺς καὶ πάντες οἱ Ἕλληνες ὑμετέραν ἐγνώκασιν εἶναι*, id inane est. Namque quid his locis secum comparatis efficitur? ut ab utroque oratore dictum sit Chersonesum et a Graecis et a Persarum rege Atheniensibus esse concessam. Reliqua exempla Weiskius, quibus docere vult Demosthenem amare sua repetere, aut petiit ex orationibus spuriis, aut sunt huic rei aliena. Sed possunt alii loci secum conferri, quorum oblitus est: Leptin. p. 506 §. 162 et Rhod. p. 196 §. 21. — Deinde Phil. I. p. 43 §. 10 et Chers. p. 102 §. 51. — Aristocr. p. 689 §. 206 et Olynth. III. p. 35 §. 24. — Phil. I.

p. 40 §. 2 et Phil. III. p. 112 §. 5, ubi Schaeferus monuit: „Quales locos inter se diligenter comparabis, ut discas, quomodo Demosthenes sua repetat. Multum diversa ratione simiae oratoris Demosthenem suffurati centones suos consuunt.“ In illis eadem sententia redit, forma variata est. Sed in simili rerum conditione sua tam egregie dicta, ut ne verbum quidem mutandum esset, vere repetiit orator: c. Timocrat. et c. Androt., quas Demosthenes Olymp. CVI, 2 Diodoro conscripserat, ubi idem Diodorus eundem Androtionem persequitur. — Chers. p. 98 §. 34 et Phil. III. p. 111 §. 4. — Vide Valken. ad Theocr. Adon. p. 239 A. — A. G. Becker. Demosth. Orator. Vol. II. p. 384 sqq. — H. Brougham. Oration. inaugural. p. 32 Vers. German. Snellii.

Demosthenis nativa virtus cum ex aliis locis tum ex p. 78 §. 7 Weiskio emicare videtur, ubi haec leguntur: *χλευάζει ὑμᾶς, πρῶτον μὲν ἀξιῶν Ἀθηναίους ὄντας πρὸς τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον περὶ τῶν νήσων διαδικάζεσθαι, πότερον ὑμέτεραι ἢ ἐκείνου εἰσίν. ὁπότε γὰρ ἡ μὲν δύναμις ἡ ὑμετέρα, ἡ ἐλευθερώσασα τοὺς Ἕλληνας, μὴ δύναται ὑμῖν τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ χωρία σώζειν, οἱ δὲ δικασταὶ, οἷς ἂν ἐπιτρέψητε, οἱ κύριοι τῆς ψήφου, οὗτοι ὑμῖν σώσουσιν, ἐὰν μὴ Φίλιππος αὐτοὺς πρίηται· πῶς ὑμεῖς οὐχ ὁμολογουμένως, ὅταν ταῦτα διαπράττησθε, τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ ἁπάντων ἀφεστήκατε καὶ* etc. Tanquam ea verba essent

egregia, et gravitate atque acumine sententiarum et novitate dicendi non modo apta oratorum principi, sed veluti propria. Nos de sententiae novitate non contendimus; dictionem remissam et mollem et, si quid videmus, Demosthenis ingenio alienam esse putamus. In aliis, quas Weiskius admiratur, sententiis Ironiam inesse, ipsi supra exposuimus vituperantes et nimis frequentatam et ultra modum trajectam. Quod judicium a quodam sensu pendet, qui longo oratoris usu comparatur nec rationibus explicandis in aliorum animos infertur, nec Weiskium ipsum Atticae eloquentiae peritissimum latuisset, nisi cupidus fuisset Demostheni orationem vindicandi; namque vitia orationis, quae ipse sensit, ita excusat: „Mirum non est, si Demosthenes, quum tot de rebus tamque inter se diversis intra mediocre sine dubio temporis spatium dicendum esset, non tam concinna potuit uti orationis descriptione nec tam libero sententiarum illustrium verborumque gravium devolvi flumine.“ At mas non potest esse femina.

Quae alia confutanda sunt, ipsa rerum commemoratione concident, sed vehementer obstare videntur loci Aeschinis et comicorum.

Comicorum et Aeschinis loci.

§. 9. Est hujus orationis locus, propter quem certatim Demosthenes a comicis et Aeschine irridetur, quo in loco tanquam in cardine tota causa

vertitur: utrum Philippus Halonnesum det an reddat, Athenienses acciperent an reciperent. Ἀλλὰ μὴν, inquit orator, οὐδ' ἐκεῖνό γε λανθάνει αὐτὸν, ὅτι δι' ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων, ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε ὑμεῖς, ἕξετε τὴν νῆσον, ἄν τε λάβητε, ἄν τ ἀπολάβητε. Τί οὖν αὐτῷ διαφέρει μὴ τῷ δικαίῳ ὀνόματι χρησάμενον ἀποδοῦναι ὑμῖν, ἀλλὰ δωρεὰν δεδωκέναι, τῷ ἀδίκῳ [1]; Esse hanc contentionis summam haud dubie intellexit prudentia Demosthenis, quem de syllabis contendere Aeschines malitiose accusavit. Namque tanta res fuit, ut, quod Aelianus [2] praeclare observavit, causa fieret pugnae Chaeronensis et servitudinis Graecorum. Quod rite aestimare comicos studium jocandi ac captatio facetiarum vetabat, Antiphanem [3], Alexidem [4], Anaxilam [5], Timoclem [6], Amphidem [7]. Athenaeus [8] enim haec tradidit: Καὶ ἡμεῖς οὖν, ὦ Τιμόκρατες, ἀποδίδομέν σοι τὰ τῶν δειπνοσοφιστῶν λείψανα καὶ οὐ δίδομεν, ὡς ὁ Κοθωκίδης φησὶ ῥήτωρ Δη-

---

1) P. 78 §. 6.

2) Var. Hist. Lib. XII. pag. 53.

3) Vide Meineckii Quaestion. Scenic. Specim. III. p. 49 sqq.

4) Meineck. p. 28 sqq.

5) Meineck. loc. cit. p. 44 sqq.

6) Meineck. p. 61 sqq.

7) Vide supra §. 6 not. 6. cf. Meineck. p. 42.

8) Lib. VI. p. 223 d. Vol. II. p. 359. ed. Schw.

μοσθένην χλευάζων, ὃς Φιλίππου Ἀθηναίοις Ἁλόννησον διδόντος συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσιν. Ὅπερ Ἀντιφάνης ἐν Νεόττιδι παιδιὰν θέμενος, ἐρεσχελεῖ τόνδε τὸν τρόπον [9]:

> Ὁ δεσπότης δὲ πάντα τὰ παρὰ τοῦ πατρὸς
> ἀπέλαβεν, ὥσπερ ἔλαβεν. ἠγάπησεν ἂν
> τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης.

Ἄλεξις ἐν Στρατιώτῃ:

> Α. Ἀπόλαβε. Β. Τουτὶ δ' ἔστι τί; Α. Ὃ παρ' ὑμῶν ἐγώ
> παιδάριον ἔλαβον, ἀποφέρων ἥκω πάλιν.
> Β. Πῶς; οὐκ ἀρέσκει σοι τρέφειν; Α. Οὐκ ἔστι γὰρ
> ἡμέτερον. Β. Οὐδ' ἡμέτερον. Α. Ἀλλ' ἐδώκατε
> ὑμεῖς ἐμοὶ τοῦτ'. Β. Οὐ δεδώκαμεν. Α. Τί δέ;
> Β. Ἀπεδώκαμεν. Α. Τὸ μὴ προσῆκον ἐμοὶ λαβεῖν.

Καὶ ἐν Ἀδελφοῖς:

> Α. Ἐγὼ δέδωκα γάρ τι ταύταις; εἰπέ μοι
> Β. Οὐκ, ἀλλ' ἀπέδωκας, ἐνέχυρον δήπου λαβών.

---

9) Conf. Plut. Vit. Dem. p. 850 B. C. cap. 6: Ὁ δὲ παρασκώπτων τῷ ἀντιθέτῳ φησὶν οὕτως:

> Ἀπέλαβεν ὥσπερ ἔλαβεν. ἠγάπησε γὰρ
> τὸ ῥῆμα τοῦτο παραλαβὼν Δημοσθένης.

Ἐκτὸς εἰ μὴ νὴ Δία πρὸς τὸν ὑπὲρ Ἁλοννήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης καὶ τουτὶ πέπαιχεν, ἣν (sc. Ἁλόννησον) Ἀθηναίοις Δημοσθένης συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν παρὰ Φιλίππου.

Ἀναξίλας δὲ ἐν Εὐανδρίᾳ:

Α. Καὶ τὰς παλ . . . ., μὰ τὴν γῆν, μὴ σύ γε
δῶς ἀλλ' ἀπόδος. Β. Καὶ δὴ φέρουσ' ἐξέρχομαι.

Τιμοκλῆς δ' ἐν Ἥρωσιν:

Α. Οὐκοῦν κελεύεις νῦν μετὰ πάντα μᾶλλον ἢ
τὰ προσόντα φράζειν. πάνυ γε δράσω τοῦτό σοι.
Β. Καὶ πρῶτα μέν σοι παύσεται Δημοσθένης
ὀργιζόμενος etc.

Κατὰ τοὺς οὖν προειρημένους ποιητὰς καὶ αὐτοὶ τὰ ἑπόμενα τοῖς προειρημένοις ἀποδιδόντες καὶ οὐ διδόντες τὰ ἀκόλουθα λέξομεν.

Athenaeus igitur hunc lusum verborum e comoediis et ex Aeschinis calumnia novit, neque autem e Demosthenis opere; neque orationem de Halonneso Demosthenis esse putavit, aliâs non Cothocidem, sed Demosthenem citavisset.

Itaque quum orationem, quam habemus, de Halonneso probatum sit non posse esse Demosthenis, id quod Weiskius postea concessit [10], Demosthenes autem referente certe adversario illud dixerit; consentaneum est eum id dixisse in oratione deperdita, si verum tradidit Aeschines. Multa autem is mentitus est negavitque

---

10) Vide Schaeferi Appar. crit. Vol. I. p. 131.

Demosthenes se talia pronunciasse, qualia iste retulerit [11]. Quando enim usquam dura, odiosa, intolerabilia usurpavit, quae Aeschines c. Ctes. p. 554 §. 166 in ejus crimen vocavit, haec: *ἀμπελουργοῦσί τινες τὴν πόλιν* vel *ἀνατετμήκασί τινες τὰ κλήματα τοῦ δήμου* vel *ὑποτέτμηται τὰ νεῦρα τῶν πραγμάτων* vel *φορμοῤῥαφούμεθα ἐπὶ τὰ στενά, τινὲς πρῶτον ὥςπερ τὰς βελόνας διείρουσι* [12]? Ubinam leguntur in Demosthenis oratione de falsa legatione, quae Aeschines se audivisse perhibuit f. leg. p. 192 §. 6: *οἷόν τ' ἐστιν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει Φιλοκράτους μὲν θάνατον καταψηφίσασθαι, ὅτι καταγνοὺς ἀδικεῖν ἑαυτοῦ τὴν κρίσιν οὐχ ὑπέμεινεν, ἐμοῦ (Αἰσχίνους) δ' ἀπογνῶναι* [13]; Ubinam quae p. 194 §. 10 sequuntur: *ἐνεχείρησε δ' ἀπεικάζειν με (Αἰσχίνην) Διονυσίῳ τῷ γενομένῳ Σικελίας τυράννῳ* etc. *καὶ τὸ τῆς ἱερείας ἐνύπνιον τῆς ἐν Σικελίᾳ διηγήσατο?* Ubinam quae p. 294 §. 124 perhibentur: *εἰςπλεῖν μέ φησιν ἐν μονοξύλῳ πλοίῳ κατὰ τὸν Λυδίαν ποταμὸν τῆς νυκτὸς ὡς Φίλιππον, καὶ τὴν ἐπιστολὴν τὴν δεῦρο ἐλθοῦσαν Φιλίππῳ γράψαι?* In quanam oratione, quod contendebat Aeschines c. Ctes. p. 520 sq. §. 130, Demosthenes dixit

11) Cor. p. 269 §. 126.

12) Cf. Dionys. Hal. Admir. Vi Dem. cap. 57 p. 1126. R. Cicer. Orator. cap. 8 §. 26 sq. Plin. IX. ep. 26 §. 9. cf. tamen Hermanni Antiqq. Graecc. §. 174.

13) Cf. Schol. Reiskii ad h. l. p. 751.

Πυθίαν φιλιππίζειν[14]? Ubinam sunt ea maledicta, quibus Alexandrum vexasse Demosthenes dicitur ab Aeschine c. Ctes. p. 547 §. 160? An verum praesagivit Cothocides, quum se, quid Paeaniensis pro Timarcho dicturus esset, audivisse simularet[15]? Attamen suasisse Demosthenem, ut jure postularetur a Philippo Halonnesus, non humiliter rogaretur, luculenter docent aculei comicorum aequalium. Quae fortasse aliquis sic explicuerit: „Demosthenes non oratione sed dicto et apophthegmate id suaserit, qualia multa summi oratoris servantur[16]. Dixerit igitur forsitan is, qui princeps inimicos Philippi ducebat, tale dictum, quod orator de Halonneso, ejusdem partis assecla, in oratione repetierit. Ille vero in oratione quadam semel tantum[17] nominavit Halonnesum ibique se decreti de ea

14) Conf. Cic. Div. Lib. II. cap. 57 p. 503 sq. ed. Creuz. et Moser. Piotrowski Delphic. Orac. p. 103 sq. Valcken. Or. de Phil. p. 255.

15) Aeschines c. Tim. p. 135 sqq. §. 116 sqq. De hac Demosthenis oratione pro Timarcho deperdita Tydemannus Dissert. de Aeschinis Timocratea, Fabricius et interpretes nihil monuerunt. Ex eadem Aeschinis accusatione patet Hegesippum fuisse in defensoribus.

16) Vide Plutarchi opera passim, Stobaei Floril. T. IV. §. 51 p. 55, 40. T. XIII. §. 32 p. 146 fin. T. XIX. §. 4 p. 168, 25. T. XXXVII. §. 34 p. 221, 40. Rutil. Lup. Fig. II. p. 117. Adde Rhodigini Lectt., Lycosthenis et Erasmi Apophthegmata passim etc.

17) Coron. p. 248 §. 69.

insula lati auctorem esse negavit." Haec non absona sunt; nos autem, quum Philippus in epistola[18] scripserit plures de hac causa prodiisse quumque consentaneum sit omnes, qui Philippo adversabantur, intellexisse in ea formula eoque capite totam rem verti, largimur Demosthenem publice dixisse de Halonneso, atque ex vera oratione Aeschinem haec sumsisse[19]: *Καὶ ἐς τοῦτο φέρων περιέστησε* (sc. Demosthenes) *τὰ πράγματα, ὥςτ'* 1) *εἰ μὲν μὴ πέμποι Φίλιππος πρέσβεις, καταφρονεῖν αὐτὸν ἔφη τῆς πόλεως, εἰ δὲ πέμποι, κατασκόπους πέμπειν, ἀλλ' οὐ πρέσβεις.* 2) *Εἰ δὲ ἐπιτρέπειν ἐθέλοι πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ περὶ τῶν ἐγκλημάτων, οὐκ εἶναι κριτὴν ἴσον ἡμῖν ἔφη καὶ Φιλίππῳ.* 3) *Ἁλόννησον ἐδίδου· ὁ δ' ἀπηγόρευε μὴ λαμβάνειν, εἰ δίδωσιν, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσι, περὶ συλλαβῶν διαφερόμενος.* At primum et secundum si sumtum est e Demosthenis oratione de Halonneso; ea quae exstat oratio, non est Demosthenis. Nam, quanquam tertius locus ibi continetur, alter tamen alio modo tractatur (p. 78 §. 7—8) et de primo ne verbum quidem legitur. Itaque verâ Demosthenis oratione diu deperditâ, aliam Alexandrini aut Pergameni in ordinem redegerunt, quam Hegesippi esse, qui in numerum non receptus erat,

18) P. 162 §. 14.
19) Contra Ctesiph. p. 475. R. §. 82 sq.

et genus dicendi manifestat Libanio perhibente et res gestae perspicuum faciunt.

Hegesippi esse orationem e rebus gestis patet.

De singulis rebus.

§. 10. Quae supra jam commemoravimus non repetemus, nec magis quae alibi cum continua narratione contexuimus, sed singula nunc prosequimur.

Orator p. 82 §. 24 et p. 83 §. 27 se dicit decretum rogasse, quo lex Philocratea contra ratas leges perlata abrogaretur et pax cum Philippo constituta emendaretur. Tres sunt autem leges Philocrateae de pace: 1) Olymp. CVIII, 1, quam subscripsit Demosthenes et παρανόμων Lycinus accusavit[1]. Quae a nostro non significatur; nec magis 2) quae Olymp. CVIII, 2 de legatis ad Philippum mittendis assentiente Demosthene sancita est[2]. Intelligenda igitur 3) lex, quam Aeschine suadente XVI d. Scirophorionis ejusdem anni Philocrates pertulit, quum pacis constituendae rationem haberet. Quamquam autem Demosthenes concionem, qua id actum erat, singulariter accurateque recensuit[3] et decretum to-

---

1) Vide Prolegg. in Or. Pacc. p. 247.

2) Prolegg. citt. p. 248.

3) Dem. f. leg. p. 346 sqq. §. 17 sqq. p. 365. §. 46 sqq.

ties tetris contumeliis confodit, tamen a sese formulam Philocrateam emendatam esse nusquam dixit neque auctorem tam leniter quam noster orator tractavit [4].

Uterque orator, Demosthenes et Hegesippus, eandem contra Philippum agendi rationem secutus est, unde patet cur Hegesippi oratio de Halonneso Demosthenis esse putari potuerit [5]. Hegesippus societatem cum Phocensibus pertulit [6]; quum Philippus legatos de pace constituenda misisset, cum rege transigendum esse idem ille primus dissuasit [7]; et postea, post Olymp. CIX, 4, legem de bello adversus eum gerendo rogavit [8]. — Ideo Aeschines Demosthenis adversarius eum Crobylum insectatus est [9]; is autem Timarchum

4) Vide A. G. Becker. Vers. p. 310 sq. Cum lenitate nostri cf. Demosthenis vehementiam in Philocratem irrumpentis Cor. p. 310 §. 249. f. leg. p. 345 §. 13 sqq.

5) Libanii Declam. Vol. I. p. 461 A. ed. Mor. Vol. IV. p. 313. Reisk. — Wachsmuth. Antiqq. Graec. Vol. II. P. 2 p. 364.

6) Aeschin. c. Ctes. p. 509 §. 118. Dem. f. leg. p. 364 sq. §. 72 sqq.

7) Ulpianus ad Dem. f. leg. §. 128 ed. Morell. p. 91 ed. Wolf.

8) Dem. Cor. p. 250 §. 75.

9) Aeschines c. Ctes. loc. cit. — Idem c. Timarch. p. 86 §. 64. Demosthenes f. leg. loc. cit.

ab Aeschine accusatum defendit[10], pro eodem causam dixit Demosthenes[11].

P. 87 §. 43. Paeaniensem Callippum oratorem (Schol.) iste ob rogationem de Cardia legum ruptarum accusavit. Atqui hoc ut apparet Libanio affirmante, Hegesippus fecit[12]. Ergo Hegesippus habuit orationem de Halonneso. — At opposuit Augerus[13] exstare etiam nunc Demosthenis orationem contra Callippum. Ibi scilicet agitur causa privata damni, *δίκη βλάβης*, non accusatio publica de legibus ruptis, *γραφὴ παρανόμων*, haec instituta est contra Paeaniensem, illa acta est contra Lamprensem[14]. Multi enim ea aetate erant Callippi[15]. — Itaque finita hîc esse disputatio videri potest.

---

10) Aeschines c. Timarch. loc. cit.

11) Aeschines c. Timarch. p. 135 sqq. §. 116 sqq. Conf. supra §. 10 not. 15.

12) *Φαίνεται δὲ οὐχ ὁ Δημοσθένης, ἀλλ' ὁ Ἡγήσιππος τὴν κατὰ τοῦ Καλλίππου γραφὴν ἐνστησάμενος.*

13) Version. annot. ad Or. de Halonn. (Philipp. VII) versus fin. Vol. II p. 152 ed. nov.

14) Paeaniensem nominat orator de Halonneso; alteriustribum ex oratione contra Callippum cognosces: p. 1243 §. 28 dicitur *δημότης Ἀρχεβιάδου*. Atqui Archebiades fuit Lamprensis p. 1236 §. 3. Ergo hic Callippus fuit Lamprensis. Diversos fuisse Callippos jam Reiskius Ind. Histor. et Jacobsius p. 409 intellexerunt.

15) Fabric. Bibl. Gr. Lib. III cap. 5. Vol. II p. 87. Reisk. loc. cit. Addantur Callippus Pelanensis testis testa-

Sed summum restat, ut ostendamus, omnia facta, si Hegesippus haec de Halonneso verba fecit, aptissime cum vera ratione congruere.

De serie rerum gestarum.

§. 11. Jam primum rerum in Prolegomenis Phil. II. §. 5 sq. narratarum memoriam renovamus: Oratorem de Halonneso et Demosthenem missos esse in Peloponnesum, ut Graecos a societate cum Philippo ineunda deterrerent; regis legatos Athenas de injuriis conquesturos venisse, coram quibus Demosthenes Philippicam II^dam^ habuit. Deinde huc inserenda esse videtur narratiuncula de Halonneso, quam toties nominavimus. Eam insulam parvam in mari Thracio inter Scopelum et Peparethum sitam (Dapper. Archip. p. 255) Atheniensibus invitis Sostratus tenuerat et Philippus eo pirata expulso, ut puto (Dem. Cor. p. 248 §. 69), post Potidaeam captam et ante Olynthum impugnatam sive inter Olymp. CVI, 1, et Olymp. CVII, 4, occupverat, scilicet ut navigantibus mare tutum redderet. Philippi Epist. in Dem. Opp. p. 162 §. 13. Postremo in Prolegomenis citatis descripsimus regis epistolam et oratoris nostri rogationem de pacis formula corrigenda.

---

menti Theophrastei, Diogen. Laert. Lib. V §. 57. Callippus Comicus Athen. Lib. XV p. 668.

Idem vero Orator de Halonneso cum aliis missus est, qui Philippo responsum atque correctam formulam afferret simulque Halonnesum repeteret. p. 77 §. 2.

Atqui est missus Hegesippus cum aliis, in quibus Demosthenes non erat[1], ad Philippum eo tempore et de ea re. Dem. f. leg. p. 447 §. 331. Tempus patet e ratione orationis falsae legationis, quae in annum orationis de Halonneso eundem i. e. in Olymp. CIX, 2 incidit, e temporis autem ratione simul patet res, quia post legationem de jurejurando sive post secundam, quam obiit Demosthenes, non obiit Hegesippus, usque ad Olymp. CIX, 2 una tantum ad Philippum legatio Atheniensium suscepta est et quidem de corrigenda pace et Halonneso repetenda.

Ergo Hegesippus est orator de Halonneso. Nisi forte dixeris e collegis Hegesippi aliquem orationem habuisse. At etiam quae postea evenerunt, apprime ad nostram rationem accedunt. Reliqui enim legati obscuri sunt nec quidquam egisse dicuntur; Hegesippus solus no-

---

1) Aeschines enim c. Ctes. p. 462. R. §. 73 bis tantum i. e. de pace constituenda Demosthenem in Macedoniam legatum missum esse diserte docet. Hegesippum autem reliquosque legatos tum ibi fuisse patet e Dem. f. leg. cit. §. 331.

minatur, qui unus res ac negotia confecit. Jam narrabo, quae deinceps facta sunt.

Hegesippus et collegae neque amice a rege excepti sunt neque eum ad explenda Atheniensium desideria propensum invenerunt. Ideo expulsus est e Macedonia Xenoclides poëta, quia Hegesippum reliquosque legatos, suos cives, hospitio receperat. Dem. f. leg. p. 447 §. 331. Halonnesum ereptam piratis suam esse rex affirmavit. Or. Halonn. p. 77 §. 2. Attamen se insulam Atheniensibus dono daturum esse dixit. Oratores autem adversarii non donum accipiendum esse contenderunt, sed suum recipiendum. Quare Philippus denunciavit se de hac causa in judicium cum Atheniensibus ita disceptaturum esse, ut, si ipsi insula adjudicata esset, eam populo daret, redderet autem, si judicatum esset eam esse populi. Quod semel et saepius civitati proposuit. Philippi Epist. p. 162 §. 13 — 14.

Nunc audiamus, quae eo ipso tempore Philippus molitus esse in oratione dicitur.

Epirum aggressus est Olymp. CIX $\frac{1}{2}$ et dum Elide ii, qui ab ipsius parte stabant, adversarios supprimebant suosque ipsorum cognatos ac cives interficiebant (f. leg. p. 424 §. 260), Eleorum colonias Pandosiam, Buchetam et Elateam sive Elatriam in Cassopiâ igne vastatâ Alexandro affini tradidit, qui dimidium Molossorum regnum tenebat, dum Arymbas avunculus proximo tempore (Olymp. CIX. 3 Diodor.

Lib. XIV cap. 72 cf. Prolegg. Phil. I. §. 26), mortuus est [2].

Simul autem Philippus in Ambraciam Molossis finitimam et in Leucadem, inter quas Corinthiorum colonias Acarnania interjecta erat, expeditionem paravit [3], ut sibi in Euboeam et Peloponnesum penetraturo omnia a tergo tuta essent.

Euboeensium enim pars, quae hucusque commodis Philippi clam inserviebat (Prolegg. Phil. I. §. 21), tum prosperâ ejus fortunâ audacior facta, acrius consilia sua persequi rerumque omne arbitrium ad eum deferre coepit. Dem. f. leg. p. 448 §. 334. Pars tamen adhuc cum Atheniensibus stetit (Phil. III. p. 125 §. 57). Iste vero incepta illorum armis etiam eo libentius adjuvit, quo facilius sibi insulam propugnaculum adversus

---

2) Winiewskius loc. cit. p. 156 male secutus est Justinum Lib. VIII cap. extr. fortasse corruptum. Quomodo Justinum et Diodorum conciliet Göllerus Prolegg. II. p. 38, ego non intelligo. Omnia miscuit Olivier. Vit. Phil. Vol. II p. 172 sqq. — In Phil. IIda res Epiroticae nondum commemorantur.

3) Halonnes. p. 84 §. 32. Phil. III p. 120 §. 34 sq. Ex Oratione de Halonneso patet narrata evenisse post Thessaliam compositam et ante eam orationem, quae Olymp. CIX, 2 habita est. Conf. Phil. III p. 118 §. 27: *ἐφ' Ἑλλήςποντον οἴχεται, πρότερον ἧκεν ἐπ' Ἀμβρακίαν.* Atqui in Hellespontum profectus est Olymp. CIX, 2 exeunte. Diodor. Lib. XVI cap. 71. Prolegg. Chers. §. 3.

Athenas redditum iri sperabat. Winiewskius p. 165. Eam occasionem captans civitates tentavit (Dem. Cor. p. 252 §. 79), castella exstruxit. Dem. f. leg. p. 445 §. 326: *ἀντὶ δὲ τοῦ τὴν Εὔβοιαν ἀντ' Ἀμφιπόλεως ὑμῖν παραδοθῆναι ὁρμητήρια ἐφ' ὑμᾶς ἐν Εὐβοίᾳ Φίλιππος προκατασκευάζεται* (habita est ea oratio Olymp. CIX, 2) *καὶ Γεραιστῷ καὶ Μεγάροις ἐπιβουλεύων διατελεῖ.* cf. p. 409 §. 219. Mercenarios saepius prope Porthmum et prope Megara misit, quo Athenienses perturbabantur. Dem. f. leg. p. 368 §. 87: *μετὰ ταῦτα* (i. e. post Decretum Callisthenis Olymp. CVIII, 2 die XXVII Scirophorionis. Prolegg. Pac. §. 10) *ὁσάκις πρὸς Πορθμῷ ἢ πρὸς Μεγάροις ἀκούοντες δύναμιν Φιλίππου καὶ ξένους ἐθορυβεῖσθε, πάντες ἐπίστασθε.* Cf. p. 404 §. 204.

Namque Eretriâ Plutarcho (Prolegg. Phil. I. §. 21 not. a) et mercenariis ejectis populus urbem tenuit et Porthmum castellum, sed quum et Philippi et Atheniensium partibus inficeretur, eo adductus est miser, ut Atheniensium oblatum foedus recusaret (Phil. III p. 128 §. 66) et suasores ejiceret. Proinde Hipponico cum mille mercenariis misso Philippus muros Porthmi diruit et tres tyrannos imposuit Clitarchum cum Hipparcho et Automedonte. Dem. Phil. III p. 125 §. 57. cf. p. 119 §. 33. Hoc factum est ante Megarorum capiendorum periculum Olymp. CIX, 2. Phil. IV p. 133 §. 8 sqq. Dem. f. leg. p. 448 §. 334: *τίς δ' Εὔβοιαν ἀλλοτρίαν*

(sc. *πεποίηκεν*); *τίς Μέγαρα πρῴην ὀλίγου*; Quum Eretriae Clitarchus regnaret, Oritae adhuc liberi erant Olymp. CIX, 2 Anthesterione mense et paululum post id tempus. Aeschin. c. Ctes. p. 494 §. 103. Cf. Winiewsk. p. 169 sqq. Prolegg. Chers. §. 4. Sed totius insulae imperium Philippus cupiebat.

M e g a r a, quae et ad Peloponnesum per Isthmum vexandam et ad Euboeam per sinum Saronicum aggrediendam et ad Athenas propter vicinitatem facile observandas intelligebat commodissime sita esse, nondum ipse quidem aggressus erat (Chers. p. 94 §. 18), sed intestinis turbis excitatis tentabat et insidiis per Ptoeodorum divitiis, genere, gloria principem, per Perilaum reipubl. administratorem atque optimatium studiosum, et per Helixum nobis ignotum proditorem (cf. Cor. p. 324 §. 295) exstructis, mercenariis dispositis atque armis ad consilia consequenda semper paratis occupare conabatur. Olymp. CIX, 2[4].

---

4) Id paulo ante orationem de falsa legatione factum esse e multis locis patet, ut e p. 435 §. 295: *Περίλαος ἐκρίνετο ἔναγχος ἐν Μεγάροις ἐν τοῖς τριακοσίοις, ὅτι πρὸς Φίλιππον ἀφίκετο καὶ παρελθὼν Πτοιόδωρος αὐτὸν ἐξῃτήσατο, καὶ πλούτῳ καὶ γένει καὶ δόξῃ πρῶτος Μεγαρέων, καὶ πάλιν ὡς Φίλιππον ἐξέπεμψε, καὶ μετὰ ταῦτα ὁ μὲν ἧκεν ἄγων τοὺς ξένους, ὁ δ' ἔνδον ἐτύρευεν.* P. 445 extr. §. 326: *ὁρμητήρια ἐφ' ὑμᾶς ἐν Εὐβοίᾳ Φίλιππος*

Cujus rei crebro nuncio Athenas lato cives conterriti (Dem. f. leg. p. 368 §. 87) Drymum ad Cephisum in Phocidis et Doridis finibus et Panactum versus Megaridem Böotiamque situm praesidiis defenderunt, quod, dum Phocenses incolumitate fruebantur, nunquam necessarium fuerat. Dem. loc. cit. p. 446 §. 326 [5].

Rebus tam male se habentibus oratores feliciter populo persuaserunt, ut milites in **Acarnaniam** mitteret, quod factum est Pythodoto Archonte i. e. Olymp. CIX, 2. Dem. c. Olympiod. p. 1173 sq. §§. 24 et 26. Eo fortasse tempore Aristodemus Demosthene auctore publice coronatus est, quia, fortasse quum a Philippo Pherae expugnarentur (Prolegg. Phil. II. §. 3) expeditionem in Thessaliam ac Magnesiam fecerat, nimirum contra pacis conventa, quae Philippus numquam servabat. Aeschin. c. Ctes. p. 478 §. 83.

Eo certe anno, quod praeclare docuit Winiewskius [6], legationem Peloponnesiam obiit He-

---

προςκατασκευάζεται καὶ Γεραιστῷ καὶ Μεγάροις ἐπιβουλεύων διατελεῖ. P. 448 §. 334: *Τίς Μέγαρα πρῴην ὀλίγου.* sc. *πεποίηκεν ἀλλότρια.* Conf. Phil. III, quae Olymp. CIX, 3 habita est, p. 118 §. 27: *Μεγάροις ἐπεβούλευσε πρῴην.*

5) Conf. Winiewskii Comment. p. 144 sqq. p. 383. Gölleri Prolegg. I. p. 24 not. 92. Manson. Spart. Vol. III P. 2 p. 258, qui in diversas partes discedunt.

6) Vide Prolegg. Phil. II. §. 4 n. cf. Prolegg. ad Chers. §. 4.

gesippus cum Demosthene, Polyeucto, Clitomacho, Lycurgo et aliis, qui per Peloponnesi civitates varias, per Acarnaniam et ut videtur per Ambraciam (Cor. p. 308 §. 244) peregrinantes et Philippum doli ac fraudis accusantes impediverunt, quominus in Ambraciam et in Peloponnesum invaderet. Phil. III p. 129 §. 72: *οὐδ᾽* (sc. *ἄχρηστοι ἦσαν*) *αἱ πέρυσι πρεσβεῖαι**) *αἱ περὶ τὴν Πελοπόννησον ἐκεῖναι καὶ κατηγορίαι, ἃς* (sc. *πρεσβείας*) *ἐγὼ καὶ Πολύευκτος* etc. *περιήλθομεν καὶ ἐποιήσαμεν ἐπισχεῖν ἐκεῖνον καὶ μήτ᾽ ἐπ᾽ Ἀμβρακίαν ἐλθεῖν μήτ᾽ ἐς Πελοπόννησον ὁρμῆσαι.* Aeschin. c. Ctes. p. 487 §. 97: *ὁ δὲ* (sc. *Δημοσθένης*) *τὴν ἐκ Πελοποννήσου πρεσβείαν, ἣν ἐπρέσβευσε, καὶ τὴν ἐξ Ἀκαρνανίας ἔφη βούλεσθαι ὑμῖν ἀπαγγεῖλαι.* Cf. Pseudo-Plutarch. Vit. Oratt. p. 847 et p. 849. Annus patet e Phil. III, quae habita est Olymp. CIX, 3; ante Anthesterionem mensem. Aeschin. loc. Cf. Prolegg. Chers. §. 4. De toto loco conferenda est Winiewskii dissertatio egregia p. 152 sqq.

---

*) Legationes dicit, non legationem, quia in diversas terras profectus est. Winiewskius autem male urget pluralem hunc numerum, opinans tres diverso tempore missas esse legationes in Peloponnesum p. 152 sqq. p. 172 sqq. At *πρεσβεῖαι περὶ τὴν Πελοπόννησον* non tantum missae sunt *εἰς τὴν Πελοπ.* Ejusdem conjectura altera inanis est; vult enim *Ἀκαρνανίαν* scribere pro *κατηγορίαι.*

Qua occasione oratio habita sit.

§. 12. Post pacem factam et post Serrhium, Doriscum, reliqua Cersobleptis castella a Philippo expugnata Olym. CVIII, 2 (Prolegg. Pac. §. 8) et ante Chersonesiticam orationem Olymp. CIX, 3 habitam * Diopithe [1] duce strenuo, acri et prudenti

---

*) Tum fortasse Demosthenes Philippicam quintam habuit, de qua magna est controversia. Dionys. Hal. ad Amm. I. cap. 5: *ἔπειτα* (post quatuor Philippicas i. e. post Phil. I. et Olynth. I — III) *Θεμιστοκλῆς* (Archon Olymp. CVIII, 2), *ἐφ' οὗ ἕτην* (i. e. *πέμπτην*, nam ita legendum esse censeo pro *ἕκτην*, quum sequatur orat. de pace i. e. sexta, et post eam *ἡ ἑβδόμη* sive Phil. II) *τῶν κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἀπήγγειλε Δημοσθένης περὶ τῆς φυλακῆς τῶν νησιατῶν* (i. e. *Χεῤῥονησιτῶν*) *καὶ τῶν ἐν Ἑλλησπόντῳ πόλεων, ἧς ἐστιν ἀρχή: Ἃ μὲν ἡμεῖς ὦ ἄ. Ἀθ., δεδυνήμεθα εὑρεῖν, ταῦτ' ἔστι.* Ita quidem incipere Phil. I^ae^ quoque partem posteriorem post *Πόρου ἀπόδειξιν*, notum est; sed praemisso scripto tales formulae dicendi legitimae sunt. Vide exempla ab Heldio Prolegg. in Phil. I. p. 29 collecta. Facilis igitur erat error aliquis.

1) Codices Rehd., *β* et *ε* Libanii Argumentum in orat. de Chers. continuant scholio de Diopithe, quod quidem scholium in Morelliana Editione ad ejusdem orationis §. 3 appositum est. Repetierunt Augerus Ed. p. 257 et Schaeferus Apparat. Vol. I. p. 488. Sunt autem verba haec: *Οὗτος δὲ ὁ Διοπείθης Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ* [*ε* dat *ποιητοῦ*, utrumque Ed. Lamb.], *ὁ δὲ Μένανδρος φίλος ἦν Δημοσθένους, δι' ὃν ὑπὲρ Διοπείθους βουλεύεται.* Rehd. autem et Ed. Morell.: *Οὗτος δὲ* [om. *δὲ*

Athenienses agripetae armati in Chersonesum missi erant. Dem. Chers. p. 91 §. 6: *Φαίνεται δ' ἀπ' ἀρχῆς ὁ Φίλιππος, πρὶν Διοπείθην ἐκπλεῦσαι καὶ*

---

in Lamb.] ὁ *Διοπείθης πατὴρ μὲν* [om. *μὲν* in Lamb.] *ἦν Μενάνδρου* etc. Quocum consentit Inscriptio ap. Gruterum Romae inventa p. 1027 Nro. 2, quam Schottus Vit. Parall. ad Olymp. CIX, 3 excitavit, repetierunt Corsinius F. A. ad Olymp. CXXII, 3 et nuper Clinton F. H. ad Olymp. CIX, 3, item *Ἀναγραφὴ Ὀλυμπιάδων* ad eund. annum: *Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς ἐγεννήθη ἐπὶ Ἄρχοντος Σωσιγένους* etc. Consentiunt Suidas s. v. *Μένανδρος Ἀθηναῖος* et Schol. Aristoph. ap. Clinton.

Vidit quidem Meineckius (Menandri Reliqq. p. XXIV) junioris Menandri amicum Demosthenem non fuisse, quum eo ipso anno, quo haec oratio habita est, natus sit hic comicus. Sed fuerunt duo comici, senior et junior. Suid. loc. cit. Quid igitur? equidem crediderim Diopithem fuisse filium Menandri et patrem ejus, qui avi nomen et artem referebat. Potuit igitur fieri, ut Demosthenes cum Menandro patre Diopithis familiaritate conjunctus, filium eo libentius defenderet, quod hic consilium contra patriae hostem pugnandi sequebatur. Itaque recte Scholiasta dixit *δι' ὃν βουλεύεται* [f. *συμβουλεύει*], quanquam illud Meineckius loc. cit. mutare vult in *διό*. Familiaritatem quandam singularem oratori cum Diopithe intercessisse proömio orat. de Chers. indicatur, quo gratiae ac favoris suspicio depellatur. Hoc jam vidit Schol. Aug.

Jam si Diopithes imperator Menandri pater fuit, nominandus est Cephisiensis. Apollod. ap. Aul. Gell. N. A. Lib. XVII. cap. 4. §. 5. Inscript. ap. Gruter. MXXVII, 2. Ergo discernendus a Diopithe arbitro de hereditate Di-

τοὺς κληρούχους, οὓς νῦν αἰτιῶνται πεποιηκέναι τὸν πόλεμον, πολλὰ μὲν τῶν ἡμετέρων ἀδίκως εἰληφώς. Phil. III p. 114 §. 15: ὁ τοίνυν Φίλιππος ἐξ ἀρχῆς, ἄρτι τῆς εἰρήνης γεγονυίας, οὔπω Διοπείθους στρατηγοῦντος οὐδὲ ὄντων ἐν Χεῤῥονήσῳ νῦν ἀπεσταλμένων, Σέῤῥιον καὶ Δορίσκον κατελάμβανε etc. Vide ad Halonn. §. 36 not. 1 *. Chersonesitae advenas receperant et aedes atque agros cum iis communicaverant; Cardiani vero contendentes se suam regionem habitare (Prolegg. Chers. §, 2), eos arcuerunt. Quare Diopithes, qui mercenariorum exercitum alebat navigia subducens, Hellespontum praedans (Chers. p. 92 §. 9 sq.) et pecuniam a civitatibus cogens (ibid. p. 95 sq. §. 24 sqq.), privatum bellum intulit Cardianis; hi confugerunt ad Philippum, qui Olymp. CIX, 2 [1] iterum legationem, cui non intererat

---

cacogenis circa Olymp. XCVII, 3. Isaeus De hered. Dicaeog. p. 107 R. §. 33. Et a Suniensi Diopithe, arbitro circa Olymp. CV. Aeschin. in Tim. p. 85 §. 63—68. Et a Melitensi teste ap. Pseudo-Dem. c. Neaer. p. 1361 §. 48.

*) Wesselingius ad Diodor. Lib. XVI. cap. 34 et post eum alii hanc coloniam cum ea confuderunt, quae missa erat Olymp. CVI, 4 et quae paulo postea metu Philippi in Thraciam invadentis Chersonesum deserebant. Prolegg. Phil. I §. 27 et §. 18.

1) Argumentis praetermissis Vogelius Vit. Phil. p. 294 orationem de Halonneso Olymp. CIX, 3 habitam esse contendit. Nobis auctor est Dionysius H.

Python[2], cum epistola Athenas misit, qua imperavit, ut Cardianis cum ipso jam ante pacem societate conjunctis parcerent; sed si qua controversia esset, arbitrorum judicio permitterent. Halonn. p. 78 §. 7 not. 1 et p. 86 §. 41 sqq. Philippi Epist. p. 161 §. 11. Liban. Argum. Chers. Praeterea in ea epistola quod de Halonneso proposuerat, iteravit reliquaque scripsit, quae in oratione coram his legatis habitâ recensentur. Quare haec olim inscripta est *πρὸς τοὺς Φιλίππου πρέσβεις* et *περὶ τὴν ἐπιστολὴν καὶ τοὺς πρέσβεις τοὺς παρὰ Φιλίππου*, quem indicem primus in titulum *περὶ Ἁλοννήσου* immutavit Callimachus[3]. Eâ quidem peroratâ accidisse videtur, quod Plutarchus narravit[4]: Hegesippus Crobylus quum adversus Philippum Athenienses instigaret et e concione quidam obstreperet: Bellum excitas! „Per Jovem, inquit, atque etiam atras vestes et publicas exsequias et funebres orationes, si liberi vivere volumus nec facere quod imperatur a Macedonibus.“ Id quoque effectum est, ut contumeliam de disceptatione cum Cardianis ineunda Athenienses detrectarint. Philippi Epist. p. 161 §. 11. Liban. Argum. Chers.

---

2) De Halonn. p. 81 §. 20: *ὁ τότε πρεσβεύων*.

3) Dionys. Hal. Ep. I ad Amm. cap. 10 p. 737. Id. De Admir. Vi Dem. cap. 13 p. 994. Liban. Argum. p. 75 §. 1.

4) Apophthegm. p. 187 D.

Si vero Demosthenes gravitate et copiâ dicendi princeps animos exsuscitare et majores ad rem gerendam facere nondum potuit; non miramur quod irrita fuit opera strenui illius quidem viri, sed remissi et inopis oratoris, Hegesippi.

§. 13. Argumentum Epistolae Philippi et Orationis de Halonneso.

Orationis Procemium.

§. 1. Facultas dicendi oratoribus patriae causam defendentibus ob criminationem Philippi non auferenda est.

Propositio.

A. Responsio ad epistolam regis et

B. Recensio earum rerum, de quibus legati dixerunt.

I.

§. 2. Philippus in epistola scripsit: Halonnesum, quum sua sit, se Atheniensibus dono daturum esse; eam ab illis jure repeti negat, quia neque ceperit insulam, dum urbis fuisset, nec injuste teneat, quam piratis eripuerit.

Respondet orator §. 3. Si quis latronibus aliena eripuerit, ea non sua facit.

§. 4. Exemplum.

§. 5. Nec Philippus ignorat injusta se dicere; sed sperat fore, ut amici sui Athenis causam acturi sint, quomodo velit.

§. 6. Insula non est dono danda, sed jure reddenda. Confirmatur a voluntate Philippi;

§. 7 — 8 a turpi et iniquo.

II.

§. 9. De pactis conventis atque juris praebendi petendique commercio se quosdam misisse dicit rex, qui facienda ea curaturi essent, rata tamen fore, non (ut Athenienses cum sociis agere solebant) quando Athenis probata fuerint, sed quum ad se essent relata.

Quod orator ostendit esse insidiosum et supervacaneum.

§. 10. Insidiosum, quia rex sciebat legatos Atheniensium, qui de conventis sanciendis mittendi fuerint, faciles fore; regulam enim juris mutuo dicendi ita constitui volebat, ut injuria Atheniensibus Potidaeae illata jure confirmaretur.

Non agitur h. l. (§. 10), quod putant, de capta olim Potidaea (Prolegg. Phil. I p. 65); neque enim pertinebat illa toti civitati aliquando illata injuria ad juris commercium, quod h. l. orator tractat. Agitur de bonis, quae privatis et singulis Philippus eripuerat. Nam *Ἀθηναίων τοὺς ἐν Ποτιδαίᾳ κατοικοῦντας ἀφαιρεθῆναι τὰ κτήματα* dicit Hegesippus. Quippe quum Atheniensium agripetas iste Potidaeâ ejecisset, juramento neglecto eorum fundos aliasque possessiones totumque agrum Olynthiis tradidit. Dem. Phil. II. p. 70 §. 20: *Ποτίδαιαν δ᾽ ἐδίδου τοὺς Ἀθηναίων*

ὑποίκους ἐκβαλὼν, — τὴν χώραν δ' ἐκείνοις ἐδεδώκει καρποῦσθαι *. Cf. Chers. p. 105 §. 65. — Diodor. Sic. Lib. XVI cap. 8: τὴν δὲ πόλιν (ita leg. pro Πύδναν) ἐξανδραποδισάμενος παρέδωκε τοῖς Ὀλυνθίοις, δωρησάμενος ἅμα καὶ τὰς κατὰ τὴν χώραν κτήσεις. — Jam Olyntho expugnatâ et vastatâ non solum Potidaeam urbem agrumque publicum suae dominationi vindicavit, sed etiam Atheniensium, qui olim in ea urbe habitaverant, rem familiarem ac privatam tenuit, quam cives frustra postulabant. Cf. Comm. ad p. 79 §. 9 not. 5.

§. 11 — 13. Neque opus est conventis inter Athenienses et Macedones, quia et commercia eorum rara sunt et judicia mercatorum menstrua

---

*) Ad h. l. Scholiasta Lessingianus: Ποτίδαιαν ἐκπολιορκήσας ὑπ' Ἀθηναίων φρουρουμένην, — τὴν δὲ πόλιν ἐξανδραποδισάμενος καὶ ἄψας. Eadem fere Gemistus Pletho Lib. I p. 14: τὴν δὲ πόλιν ἐξανδραποδισάμενος καὶ κατέσκαψε. Talibus auctoribus confisus Mannertus Vol. VII p. 460 perhibet Potidaeam a Philippo esse dirutam. At ambo, Scholiasta et Gemistus, Diodori verba de suo amplificaverunt. Demosthenes Olynth. II p. 19 §. 7 tantum dicit τῷ Ποτίδαιαν — ἐξελεῖν et perspicuo testimonio redarguit Mannertum Phil. II p. 70 §. 17: εἰ Ἀμφίπολιν καὶ Ποτίδαιαν προεῖτο· οὐδ' ἂν οἴκοι μένειν βεβαίως ἡγεῖτο. Etiam Diodorus Lib. XIX cap. 52 affirmat, quum Cassander Cassandriam in faucibus Pallenes conderet, Potidaeâ civitatem ab eo in novam urbem invitatam esse. Ergo Cassandri aetate nondum eversa erat Potidaea.

atque prompta et hiemis sex mensibus atque commode Athenis exercentur.

III.

§. 14. Aequum esse dicit Philippus, ut piratae communiter ab Atheniensibus et ab ipso custodiantur.

In quo orator negat quidquam aliud postulari, quam ut Philippo ab Atheniensibus imperium maris tradatur, et ut hi confiteantur se sine Philippo mare non posse tueri.

§. 15. Specie arcendorum piratarum quocumque navigans insulares corrumpere et ab Atheniensium societate abalienare vult.

§. 16. Refutatio oppositi et §. 17 insectatio proditorum.

IV.

§. 18. Negavit Philippus, de pace corrigenda quod Athenienses scripsissent, primum caput a legatis suis concessum esse.

§. 19. Refutatur e Decreto, quod statim coram legatis lectum et probatum erat.

§. 20. Legati tacite se proripuerunt, nec dixerunt falsa Decreto contineri.

§. 21 — 22. Python autem diserte dixit, quae Athenienses decreverint Philippum facturum esse omnia.

§. 23 — 25. Neque enim putabant ejus amici fore ullum, qui novam formulam rogaret. Philippus autem fucum facit, pacem emendari

non vult, et id agit, ut integris oratoribus fides abrogetur.

V.

§. 26. Rex: suam esse Amphipolim e verbis formulae ἔχειν ἑκατέρους ἃ ἔχουσι, ut haberet uterque quae (post bellum) habuisset. At ἔχειν significat suum, non alienum habere; intelligenda sunt igitur verba: ut Philippus retineret, quae sua ante bellum habuisset.

§. 27 — 29. Amphipolis autem non ejus, sed Atheniensium est.

VI.

§. 30 — 32. Alterum correctionis caput de libertate Graecorum Philippus in epistola fatetur aequum esse.

At facta ejus contrarium ostendunt.

VII.

§. 33. Philippus in epistola: De pollicitationibus, ait, ab oratoribus falso accusor et apud Graecos in invidiam adducor, quum nihil unquam vobis per literas pollicitus sim. §. 33. Attamen si eos, a quibus apud vos convitiis proscindor, puniatis, ornabo vos beneficiis magnis.

§. 35. Citatur epistola in Prytaneo conservata, in qua ante pacem constitutam se multa beneficia in Athenienses collaturum esse affirmavit. §. 34 — 35. Irrisio pollicitationum.

VIII.

§. 36. De oppidis in Thracia rex aequo et communi judicio arbitrium permittere paratus erat.

§. 36 — 37. Injuriarum judex est ipse dierum numerus.

IX.

§. 38. Captivos omnes Athenienses a rege redditos esse in epistola affirmatur.

Contrarium exemplum narratur.

X.

§. 39 — 40. De Chersoneso Philippus ita scribit et agit, ac si Agora in finibus sita esset, quum limites Chersonesi sint inter Pteleum et Leucam Actam, quod ex inscriptione probatur.

§. 41. Deinde jubet Athenienses cum Cardianis judicio transigere, si qua controversia sit.

§. 42. Magnam controversiam esse orator exponit. Agitur enim de vetere et magna possessione Atheniensium. Vid. Prolegg. in Cherson. §. 2.

§. 43. Quare Callippi Psephisma de Cardianis ab oratore violatarum legum accusatum est.

§. 44. Denique promisit Philippus, si Cardiani in judicium venire recusent, se eos coacturum esse.

Philippum respondit orator Atheniensibus opem contra Cardianos offerentem contumeliose insultare.

§. 45. Nec tamen desunt, qui hanc epistolam laudent. Qui patriae proditores majore odio digni sunt quam Philippus et male perire debent.

Epilogus.

§. 46. Responsum ad epistolam regis et ad dicta legatorum rogatur.

II ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΑΛΟΝΝΗΣΟΥ[a] ΛΟΓΟΥ.

Οὗτος ὁ λόγος ἐπιγράφεται μὲν περὶ Ἁλοννήσου, §. 1. τάχα δὲ ὀρθότερον ἐπιγράφειν Πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν[b] Φιλίππου[1]. πέπομφε γὰρ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἐπιστολὴν περὶ πολλῶν διαλεγόμενος, ὧν ἕν ἐστι καὶ τὸ[c] κατὰ τὴν Ἁλόννησον, ἥτις ἦν μὲν τῶν Ἀθηναίων ἀρχαῖον[d] κτῆμα[2], κατὰ δὲ τοὺς Φιλίππου καιροὺς ὑπὸ λῃστῶν κατείχετο, οὓς ἐκβαλὼν ὁ Φίλιππος, ἀπαιτοῦσι μὲν τοῖς

---

§. 1. a) Ἀλλονήσου codd. Σ et Aug. 1. Vide ad Phil. II p. 73 §. 30 not. c. Infra §. 2 et constanter Bavar., Augg. 1, 2: Ἀλονήσου. — Proxime in Rehd. omissum est μὲν.

b) Pro τὴν dant τοῦ Ω, ε, U, Aug. 2, Aldina Taylori. — Codd. r et Rehd. neque τὴν neque τοῦ.

c) Pro ὧν ἕν ἐστι καὶ τὸ Bavaricus solum τῶν. — Prima manus omisit ἕν in Ω.

d) Morellius omisit ἀρχαῖον.

Ἀθηναίοις τὴν νῆσον οὐκ ἀποδίδωσιν (ἑαυτοῦ γάρ εἶναί φησιν), αἰτοῦσι δὲ ὑπισχνεῖται δώσειν[3]. §. 2. Ὁ δὲ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι. δηλοῖ δὲ ἡ φράσις καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία πολὺ τὸν Δημοσθενικὸν πεφευγυῖα[a] τύπον, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη[b] παρὰ τὴν ἰδέαν τούτου τοῦ ῥήτορος[1]. Καὶ μὴν καὶ τὸ ἐπὶ τῷ[c] τέλει ῥηθὲν οὐ μικρὸν μαρτύριον τοῦ νόθον εἶναι τὸν λόγον: „εἴπερ ὑμεῖς τὸν ἐγκέφαλον ἐν τοῖς κροτάφοις, καὶ μὴ ἐν ταῖς πτέρναις καταπεπατημένον φορεῖτε." ὁ μὲν γὰρ Δημοσθένης εἴωθε παῤῥησίᾳ χρῆσθαι, τοῦτο δὲ ὕβρις ἐστὶ καὶ λοιδορία μέτρον οὐκ ἔχουσα[2]. εὐτέλειά τε αὐτῷ[3] δεινὴ πρόςεστι κατὰ τὴν ἑρμηνείαν[4], πρὸς δὲ τούτοις καὶ εὔηθες τὸ νομίζειν[d] ἐν τοῖς κροτάφοις[e] ἔχειν τοὺς ἀνθρώ-

---

§. 2. a) ἐκπεφευγυῖα codd. ε, r, U, Vind. 4, Aldina Taylori. — In t: διαπεφευγυῖα.

b) F ἀνειμένον τε καὶ διαλελυμένον. Bavaricus ex eodem fonte hausit ἀνειμένος τε καὶ διαλελυμένος.

c) Articulum addidimus ex Ald. et Paulin.

d) Aldina, unde aliae editiones: τι νομίζεται τὸ. Hoc ortum esse putat Weiskius loc. cit. p. 23 not. 29 ex τὸ νομίζειν τινά. Quod addere non opus est. — Aldina Taylori omisit εὔηθες.

e) Reiskius in Vers. Vol. I p. 136 et Jacobsius p. 381 scribendum esse censuerunt ἐν ταῖς πτέρναις pro ἐν τοῖς κροτάφοις. At hoc ipsum Libanius vituperavit, quod orator in temporibus cerebrum esse putaverit et non toto sincipiti perfusum. Libanii enim aetate praecipue per Herophilum multis cadaveribus dissectis melius de ce-

πους τὸν ἐγκέφαλον. Ὑπώπτευσαν δὲ[a] καὶ οἱ πρεσβύτεροι[1] τὸν λόγον ὡς οὐ τοῦ ῥήτορος[2], καὶ πεφωράκασί γέ τινες ὄντα Ἡγησίππου καὶ ἀπὸ τῆς ἰδέας τῶν λόγων (τοιαύτῃ γὰρ κέχρηται[3]) καὶ ἀπὸ τῶν " πραγμάτων[4]. κατὰ Καλλίππου γὰρ τοῦ Παιανιέως φησὶν ὁ τὸν λόγον γέγραφὼς ἀπενηνοχέναι γραφὴν παρανόμων, φαίνεται[5] δὲ οὐχ ὁ Δημοσθένης, ἀλλ' ὁ Ἡγήσιππος τὴν κατὰ τοῦ Καλλίππου γραφὴν ἐνστησάμενος[6]. Νὴ Δία, ἀλλ'[1] ὁ λόγος συμβουλεύει περὶ τῆς Ἁλοννήσου τοῖς Ἀθηναίοις μὴ λαμβάνειν αὐτὴν, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν, καὶ διαφέρεται περὶ τῶν ὀνομάτων, ταῦτα δὲ Αἰσχίνης φησὶ τὸν Δημοσθένην συμβεβουλευκέναι τοῖς Ἀθηναίοις. Εἶτα τί τοῦτο; δύναται γὰρ τὴν αὐτὴν πεποιῆσθαι συμβουλὴν καὶ Δημοσθένης καὶ Ἡγήσιππος, ἐπεὶ καὶ τὰ ἄλλα τῆς αὐτῆς ἦσαν ἐν τῇ πολιτείᾳ προαιρέσεως καὶ τοῖς φιλιππίζουσι τῶν ῥητόρων ἀντέλεγον. Καὶ μέμνηται καὶ ὁ Δημοσθένης τοῦ Ἡγησίππου ὡς καὶ πρεσβεύσαντος μεθ' ἑαυτοῦ[a] καὶ ἀντιταχθέντος τῷ Μακεδόνι[2]. Δῆλον οὖν, ὅτι ὁ μὲν τοῦ Δημο-

§. 3. §. 4. §. 5.

---

rebro edocti erant, quam antea, quum etiam Aristoteles occiput vacuum esse credidisset. Vide ejus Hist. Anim. Lib. I cap. 7. Vol. IV p. 12 Sylb. Sed orator ita loquitur et ob concinnitatem (*ἐν τοῖς κροτάφοις — ἐν ταῖς πτέρναις*) et ex opinione vulgari, qua cerebrum in temporibus vulneratum mortiferum esse recte putatur.

§. 3. a) In Rehd. om. *δέ*.

§. 4. a) Rehd. et Vind. 4 *μετ' αὐτοῦ*.

σθένους λόγος ὁ περὶ τῆς Ἁλοννήσου ῥηθεὶς οὐ σώζεται, ἐκείνου δὲ οὐκ ὄντος τὸν εὑρεθέντα προσέθεσαν αὐτῷ, ἀφορμὴν ἔχοντες τὸ περὶ Ἁλοννήσου λόγον εἰρῆσθαι τῷ ῥήτορι, οὐκέτι δὲ ἐξετάζοντες, εἰ τοῦτον εἰκὸς εἶναι τὸν ἐκείνου[1].

ΠΕΡΙ ΑΛΟΝΝΗΣΟΥ ΛΟΓΟΣ.

Pythodoto Archonte Olymp. CIX, 2.
a. Chr. n. $\frac{343}{342}$.

[a] Ἄνδρες Ἀθηναῖοι [1], οὐκ ἔστιν ὅπως αἱ αἰτίαι, ἃς Φίλιππος αἰτιᾶται τοὺς ὑπὲρ τῶν δικαίων πρὸς ὑμᾶς λέγοντας [b], κωλύσουσι [c] συμβούλους ἡμᾶς γίγνεσθαι [d] ὑπὲρ τῶν ὑμῖν [e] συμφερόντων [2]. δεινὸν §. 1.

---

§. 1. a) De omissa Interjectione ὦ vide Prolegg. §. 3 init. Facile excidere potuit orationis litera prima.

b) Vulgo sic interpungebatur: αἰτιᾶται, τοὺς — λέγοντας, κωλύσουσι, συμβούλους ἡμᾶς. Reiskius delevit comma ante κωλύσουσι, Bekkerus, Schaeferus, Dindorfius etiam tertium comma sustulerunt, et in veteribus multis editionibus omnia commata h. l. absunt. Nos secuti sumus Argentoratensem, Augerianam, idemque jussit Weiskius.

c) Γ et Vind. 4 κωλύουσι, sed secunda manus Vind. 4 inseruit σ.

d) Rehdig. ut semper fere: γίνεσθαι, Aldina Tayl. γενέσθαι.

e) Vind. 1 ἡμῖν.

γὰρ ἂν ǁ εἴη, εἰ τὴν ἐπὶ τοῦ βήματος παῤῥησίαν αἱ παρ' ἐκείνου πεμπόμεναι ἐπιστολαὶ ἀνέλοιεν [3]. Ἐγὼ δ' ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, βούλομαι πρῶτον μὲν, περὶ ὧν Φίλιππος ἐπέσταλκε, περὶ τούτων διεξελθεῖν, ὕστερον δὲ περὶ ὧν οἱ πρέσβεις λέγουσι καὶ ἡμεῖς λέξομεν [4].

§. 2. Φίλιππος [1] γὰρ ἄρχεται μὲν περὶ Ἁλοννήσου λέγων [a], ὡς ὑμῖν δίδωσιν ἑαυτοῦ οὖσαν, ὑμᾶς δὲ οὔ φησι δικαίως αὐτὸν ἀπαιτεῖν. οὐ γὰρ ὑμετέραν οὖσαν οὔτε [b] λαβεῖν οὔτε νῦν ἔχειν. Ἔλεγε δὲ καὶ πρὸς ἡμᾶς [c] τοιούτους λόγους, ὅτε πρὸς αὐτὸν ἐπρεσβεύσαμεν [d], ὡς λῃστὰς ἀφελόμενος ταύτην τὴν νῆσον κτήσαιτο, καὶ

---

§. 2. a) λέγειν Γ. ε, θ, Harlei., Ald. Tayl. — λέγων (ειν superscr.) Aug. 3. — Supra Rehd. omisit μὲν. — Proxime Vind. 1 λαβὼν pro λαβεῖν.

b) Index Lambini huc inserendum jubet πρότερον, dat enim γρ. οὔτε πρότερον λαβεῖν. Reiskius de suo injecit τότε, ut Phil. I p. 74 §. 36 inculcavit νῦν sic: τόθ' ἡμεῖς, οὐδὲν ἂν ἦν νῦν. Secutus est Augerus perperam, etiam Schaefero addicente. „Intelligitur istud τότε non modo ex re, sed etiam e verbo opposito νῦν et e vi temporis praeteriti, quae inest in Aoristo.“ Weiskius. Saepe interpretes propter oppositum νῦν male seduli inseruerunt τότε, aut νῦν propter oppositum τότε. Vide Funkhaenel. ad Dem. Androt. p. 606 §. 41. Locus noster a Reiskio miserrime laceratus est.

c) ὑμᾶς Bern., Harlei. quod non monuissem, nisi ostendere vellem, quam propensi fuerint scribae ad hanc confusionem etiam in re aperta. Conf. Phil. II §. 20 not. g.

d) Hermogen. qui citat hunc locum Invent. Lib. III cap. 3 p. 139 dat ἐπρεσβεύομεν.

προσήκειν αὐτὴν ἑαυτοῦ εἶναι. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον, ὡς οὐκ ἔστι δίκαιος[1], οὐ χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφελέσθαι[a] [2]. ἅπαντες γὰρ οἱ λῃσταὶ τοὺς ἀλλοτρίους τόπους καταλαμβάνοντες[b] καὶ τούτους ἐχυροὺς[c] ποιούμενοι, ἐντεῦθεν τοὺς ἄλλους κακῶς ποιοῦσιν. ὁ δὴ τοὺς λῃστὰς τιμωρησάμενος καὶ κρατήσας οὐκ ἂν δήπου[d] εἰκότα λέγοι, εἰ φαίη, ἃ ἐκεῖνοι ἀδίκως καὶ ἀλλότρια εἶχον, ταῦθ' ἑαυτοῦ γίγνεσθαι[3]. Εἰ γὰρ ταῦτα συγχωρήσετε· τί κωλύει καὶ, εἴ τινα τῆς Ἀττικῆς λῃσταὶ τόπον καταλάβοιεν ἢ Λήμνου ἢ Ἴμβρου ἢ Σκύρου[1] καί τινες τούτους τοὺς λῃστὰς[a] ἐκκόψαιεν[2], εὐθὺς καὶ τὸν τόπον τοῦτον, οὗ ἦσαν οἱ λῃσταὶ, τὸν ὄντα ἡμέτερον, τῶν τιμωρησαμένων τοὺς λῃστὰς γίγνεσθαι[3]; Φίλιππος δ' οὐκ ἀγνοεῖ ταῦτ'[1] οὐ δίκαια λέγων[2], ἀλλ', εἴ καί τις ἄλλος[3], ἐπιστάμενος παρακρουσθῆναι[4] ἂν ὑμᾶς οἴεται ὑπὸ τῶν τἀνταῦθα[a] διοική-

§. 3.

§. 4.

§. 5.

---

§. 3. a) Hermogenes dat ἐλέγξαι. Margo Vind. 4 a secunda manu: ἀπελέγξαι. A Glossatore.

b) ἀφαιρούμενοι καὶ καταλαμβάνοντες Rehd., Vind. 4, U, ε, Ald. Tayl. Prius fortasse genuinum est; nam repetere amat orator verba Philippi. Vide Prolegg. §. 4. Dixerat autem hic ἀφελόμενος.

c) Sic Rehd., Σ, Aug. 1, Lind., Append. Francof. — F: ὀχυροὺς (ε supra). — Reliqui, etiam Hermogenes: ὀχυρούς.

d) Vind. 4: δήποτε.

§. 4. a) F: προςληιστας (τοὺς supra).

§. 5. a) τῶν ἐνταῦθα F, Ω, Vind. 4, Rehd.

σειν[5] μελλόντων[b], ὡς ἂν αὐτὸς ἐκεῖνος βούληται, καὶ πρὶν ὑπεσχημένων καὶ[c] νῦν δὲ πραττόντων[d]. Ἀλλὰ μὴν || οὐδ' ἐκεῖνό γε λανθάνει αὐτόν, ὅτι δι'[e] ἀμφοτέρων τῶν ὀνομάτων, ὁποτέρῳ ἂν χρῆσθε ὑμεῖς, ἕξετε τὴν νῆσον, ἄν τε λάβητε, ἄν[f] τ' ἀπολάβητε[6].

§. 6. Τί οὖν αὐτῷ διαφέρει, μὴ τῷ δικαίῳ ὀνόματι χρησάμενον ἀποδοῦναι ὑμῖν, ἀλλὰ δωρεὰν δεδωκέναι[a], τῷ ἀδίκῳ; οὐχ ἵν' εὐεργέτημά τι καταλογίσηται πρὸς ὑμᾶς (γελοῖον

---

b) μελλόντων Reiskius et Bekkerus uncis secluserunt ut molestum et superfluum; Augerus legi maluit ὑπὲρ αὐτοῦ; Weiskius: μελλόντων, τῶν, ὅσ' ἂν αὐτός, scilicet ut esset hyperbaton Demosthenicum. Vide Prolegg. §. 3 extr.

c) καὶ ante νῦν omis. Γ. At de καὶ — δέ vide Olynth. III p. 32 §. 15 not. 4.

d) ἀλλ' εἰ — πραττόντων omnia omis. Σ et Vind. 1. Hic inseruit :|: signum lacunae.

e) δι' omis. u. Reiskius conjecit νὴ Δί'. Weiskius δή, ut sublata interpunctione ἀμφ. τῶν ὀνομ. ab ὁποτέρῳ penderet, sicut proxime ὀνόματι χρησάμενον. Praecedit quoque ὅτι. Servata Praepositione verte: *per utrumque nomen* sive titulum, modum acquirendi, ut nos: unter beiderlei Namen.

f) ἐάν — ἐάν Vind. 4, Rehdig., Ald. Tayl.

§. 6. a) δοῦναι Ald. Tayl. ob praegressum ἀποδοῦναι. At tempus diversum diversa in re postulatur. Se dono insulam daturum esse jam concessit rex et quodammodo dedit, δέδωκε; sed agebatur de reddenda ea ex jure. In Infinitivo Aoristi est notio Futuri. In Epistol. Phil. p. 162 §. 14 est διδόντος et ἵν' — ἀποδῶ.

γὰρ ἂν εἴη τοῦτό γε[b] τὸ εὐεργέτημα), ἀλλ' ἵν' ἐνδείξηται ἅπασι[c] τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι Ἀθηναῖοι τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ χωρία ἀγαπῶσι παρὰ τοῦ Μακεδόνος λαμβάνοντες. Τοῦτο δ' ὑμῖν οὐ ποιητέον ἐστὶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

§. 7. Ὅταν δὲ λέγῃ, περὶ τούτων ὡς ἐθέλει διαδικάσασθαι[1] [a]· οὐδὲν ἄλλο ἢ χλευάζει ὑμᾶς, πρῶτον μὲν ἀξιῶν Ἀθηναίους ὄντας πρὸς τὸν ἐκ Πέλλης ὁρμώμενον[2] περὶ τῶν νήσων διαδικάζεσθαι[b], πότερον ὑμέτεραι, ἢ ἐκείνου εἰσίν· ὁπότε γὰρ[c] ἡ μὲν δύναμις ἡ ὑμετέρα, ἡ

---

b) Abest γε a Σ et Bavarico; a Vind. 1 etiam γε τό.

c) πᾶσι F, u, v, Edd. Ald., Wolfii et Augeri. — Ald. Tayl.: ἵνα δείξηται ἅπασι.

§. 7. a) Ald. et vulgo διαδικάζεσθαι, et Vind. 1, Bern. — Sed Aoristum servaverunt Σ, Γ, β, ε, θ, Aug. 1, Harlei., Vind. 4 et Ald. Tayl. — διαδικαζεσθαι (σα supra) F. — Simplex δικάζεσθαι Bavar. — δικάζεσθαι (σα supra) Aug. 3. in margine, γρ. διαδικάσασθαι. In Epist. Phil. loc. cit.: κριθῆναι.

b) Simplex δικάζεσθαι Γ et Vind. 1, qui proxime πότερ'. — Quod sequitur ἢ ἐκείνου, in genuinis Demosthenis orationibus boni codd. exhibent ἢ 'κείνου.

c) Sic Ald. et codices omnes, sed Feliciana: εἰσίν. ἔπειτα δ' εἴγε, quod in Aldina quoque Lessingiana annotatum est, et dedit Augerus. Multis placet, quia superiori πρῶτον respondet ἔπειτα. Commendatur etiam eo, quod Conjunctivi δύνηται in Σ atque a prima manu in F, a secunda (?) in Bavarico, et σώζωσι in Ω atque a secunda manu in F, a prima (?) in Bavarico, tanquam a superiore ὅταν pendentes apparent. At codicum ὁπότε γὰρ tuemur, quia ne praestantissimus quidem Σ in Mo-

ἐλευθερώσασα τοὺς Ἕλληνας, μὴ δύναται ὑμῖν τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ χωρία [d] σώζειν [e], οἱ δὲ δικασταί, οἷς ἂν ἐπιτρέψητε, οἱ κύριοι τῆς ψήφου [3], οὗτοι ὑμῖν σώσουσιν [f], ἐὰν μὴ Φίλιππος αὐτοὺς πρίηται [4].

---

dis scribendis sibi constat; deinde quia qui in Partitione se duabus de rebus acturum esse promisit et priorem tantum absolvit, vid. Prolegg. §. 5, talis orator in Argumentatione facile primâ causâ expositâ reliquarum oblivisci potest; denique quia *ἔτι περὶ συμβόλων* §. 9 re vera respondet priori certamini de Halonneso. Orator enim hoc vult: „Irridet vos Philippus postulans, ut duae res a judicio dirimantur, prima de insulis, secunda de Potidaea.“ Neque Hegesippus solus ita loquitur, sed etiam Cicero N. D. Lib. I cap. 4: „primum ipsius reipublicae causa etc. Hortata est etiam etc.“ Etiam Demosthenes Chers. p. 93 §. 14 sq.: *πρῶτον μὲν οἴεσθε τοὺς Βυζαντίους μενεῖν ἐπὶ τῆς ἀνοίας τῆς αὐτῆς.* — §. 16: *καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γε δῆλόν ἐστιν ὑμῖν.* — Herw. 2 et Paulina (Feliciana?) etiam *ἡ* pro *ἡ μὲν.* Consentire postea vidi Funkhänel. Quaest. p. 19 sq. quem vide.

d) Ald. et vulgo *τὰ χωρία τὰ ἐν θαλάττῃ*, ut Bern., qui omisit secundum *τὰ*, quod item abest a Felic. — Sed receptum ordinem tuentur *Σ*, *Γ*, Vindd. 1, 4, Aug. 1 et Harlei. — In Bern. post hoc *θαλάττῃ* usque ad *τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ* omnia omisit aberrans scribae oculus.

e) Bekkerus ex uno *Σ* dedit simplex *σώζειν*. Quam facile *δια*, in *διαδικάζεσθαι* quidem, excidere potuerit, probant proxima, cf. quoque §. 43 e. §. 7, 1. Liban. Argum. Chers. p. 88 extr. sed etiam Vind. 1 *σώζειν*.

f) Bekkerus ex eodem codice *σώσουσιν*, praeter Vind. 1, qui et hic cum *Σ* consentit, reliqui omnes Praesentis Indicativum praebent, nisi quod *Ω σώζωσιν*,

πῶς ὑμεῖς οὐχ ὁμολογουμένως[a], ὅταν ταῦτα δια- §. 8.
πράττησθε, τῶν ἐν τῇ ἠπείρῳ[1] ἁπάντων ἀφεστή-
κατε, καὶ ἐπιδείκνυτε[b] ἅπασιν ἀνθρώποις, ὅτι οὐδὲ
περὶ ἑνὸς αὐτῷ[c] διαγωνιεῖσθε[d], εἴγε περὶ[e] τῶν
ἐν τῇ θαλάττῃ, οὗ φατὲ ἰσχύειν, μὴ διαγωνιεῖσθε[f],
ἀλλὰ διαδικάσεσθε[g].

---

et F σώζουσιν (superscr. ω … ου). (Bavar σώζωσιν?) — Vind. 1 οἷς ἐπιτρέψητε sine ἄν.

§. 8. a) Σ ita: ἡμεῖς οὐχ ὁμολογοῦμεν ὡς ταν. (Voluit ὡς ὅταν). Vind. 1: ἡμεῖς οὐχ ὁμολογουμένως ὅταν.

b) ἐπιδείκνυται Herwag. 1, Parisina et Σ, Vind. 1, F, v. ἐπιδείκνυσθαι Ald. Tayl. — Pro proximo ἅπασιν ut semper fere Γ, Rehd., Vind. 4 et Lind. πᾶσιν.

c) αὐτῶν Σ et Vind. 1. — Rehd.: αὐτω (superscr. ῶν). — omisit prima manus Γ.

d) Bekkerus ex Γ recepit ἂν αὐτῷ διαγωνίσαισθε. Particula ἂν in Ald. et multis quidem libris apparet, qui διαγωνίζησθε dant, ut vulgo; vel διαγωνίσησθε, ut ε, ϑ; vel διαγωνίζοισθε, ut Aug. 2, Append. Francof. — Sed διαγωνιεῖσθε exhibent Σ, Vind. 1 sine ἂν, Vind. 4 cum ἂν, et F: ἂν αὐτῷ διαγωνίζεσθε (superscr. εῖσθε). E quo insolentiore Futuro in hoc primo loco Glossa διαγωνίσεσθε, quam dat Aug. 1, orta esse videtur; deinde διαγωνίζεσθε ut Rehd.; indeque reliqua. Conf. not. f. — Ἂν facile addi omnes sciunt. Etiam Dindorfius διαγωνιεῖσθε recepit.

e) Sic Σ, Vind. 1, ϑ, Aug. 1, Harlei., Ald. Tayl. — Aug. 3: εἴγ' ὑπὲρ. — Reliqui: εἰ ὑπὲρ.

f) Vind. 4 a prima manu: διαγωνίζεσθε, a secunda: διαγωνίζησθε.

g) διαδικαζεσθε (superscr. σ) F et corrigens manus in mea Herwag. 2. — διαδικάζεσθε, Ald., Bern. Rehd. et plurimi.

§. 9. Ἔτι περὶ συμβόλων [1] φησὶ πεπομφέναι πρὸς ὑμᾶς τοὺς ποιησομένους, ταῦτα δὲ [a] κύρια ἔσεσθαι οὐκ ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ παρ' ὑμῖν κυρωθῇ, ὥςπερ [b] ὁ νόμος κελεύει [2], ἀλλ' ἐπειδὰν ὡς ἑαυτὸν ἐπανενεχθῇ [c], ἐφέσιμον τὴν παρ' ὑμῶν γενομένην [a] γνῶσιν ὡς ἑαυτὸν [d] ποιού-

---

— Simplex *δικάσεσθε* Σ, Vind. 1; *δικάζεσθε* Aug. 3. — Opposita sibi esse videntur *διαγωνίζεσθαι* et *διαδικάζεσθαι.*

§. 9. a) *δὲ* om. Rehd.

b) Sic Σ, Γ, Vindd. 1, 4, Rehd., Aug. 1, Harl., App. Fr., Lind. — Reliqui *ὡς.*

P. 76. §. 1. [1]) *Τὸ προοίμιον κατὰ τὸν Ἑρμογένην* (Invent. Lib. I cap. 1 §. 1 et ultim.) „*ἐκ τῶν ἔξωθεν ἐμφαινομένων.*" *Οὐ γὰρ δεῖ διὰ τὰς τοῦ Φιλίππου αἰτίας κωλύεσθαι τοὺς συμβούλους ὑπὲρ τῶν συμφερόντων λέγειν. Στάσις δὲ ἄγραφος* [*ἔγγραφος* marg. Wolfii] *πραγματική.* Schol. secundum Hermogenem, (qui in hoc capite magis est *πρακτικὸς*, quam *θεωρητικός*, magis instituit artem, quam disciplinam tradit, ideoque novam prooemiorum rationem docet) secundum eum praeceptorem *οἱ ἔξωθεν ἐμφαινόμενοι* sunt qui extra judicium sese ostendunt, qui judicio interveniunt, quorumque causa non proprie, sed quodammodo agitur, ut patroni, pater, mater, avi, fratres, amici etc. maximeque ut h. l. hostes. Ita enim Hermogenes: *Ἐμφαίνεται δὲ καὶ ἔξωθεν πρόςωπα, ὡς ἔφαμεν, πολεμίων πολλάκις* etc. *Τοῖς μὲν οὖν πολεμίοις δι' εὐχῆς ἐστὶ* (n. l. *κωλύεσθαι τοὺς συμβούλους*) etc. *ἡμᾶς δὲ οὐκ ἄξιον ποιεῖν ἃ δοκεῖ τοῖς πολεμίοις.* Quare in Augustano hoc Scholion legitur: *Ἔοικε δὲ ταῦτα πρὸς τὰ Περσικὰ ἔχειν τὴν ἀναφορὰν, διὸ καὶ φθάνει τό „Δεινὸν ἂν εἴη." οἷον οὐκ ἐφοβήθησαν αὐτοῦ Δαρείου τὰ γράμματα, ἃ ἀπέστελλε Ξέρξης, ἀλλ' ἀνήρουν τοὺς ἥκοντας.* — De Statu vid. Anonym. Argum.

Pac. §. 6 not. 1. — Constitutio autem h. orationis est ἔγγραφος, non ἄγραφος, causa enim vertitur in epistola.

²) Πρότασις. Schol.

P. 77. ³) Κατασκευή. Schol. Τὸ προοίμιον σχετλιαστικόν. Schol. Bav. — Conf. Ael. Aristid. Rhetor. Lib. II cap. 13 p. 3 p. 518: σχετλιάσας, ὥςπερ ὁ Δημοσθένης: „δεινὸν" etc.

Ὧδε παύσας τὸ προοίμιον ἦλθεν ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν καὶ τὴν χρείαν, βραχὺ προοίμιον ἐργασάμενος. Schol. Aug.

⁴) Προκατασκευὴ ἤτοι προέκθεσις τῶν κεφαλαίων. Schol.

§. 2. ¹) Πρώτη εἰςαγωγὴ τοῦ κεφαλαίου ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἀπὸ προτάσεως. Quod scholion in Parisina et Wolfiana alieno loco adscriptum est, nos duce codice Bavarico in suo loco collocavimus.

Primus argumentationis locus plene tractatus est. Vide Prolegg. §. 4 versus finem. Constat enim προτάσει, adversarii propositione, quae pertinet usque ad ἔχειν. Sequitur deinceps ὑποφορά, submissio causae: ἔλεγε δὲ — ἑαυτοῦ εἶναι. Respondetur ἀντιπροτάσει: τοῦτον δὲ τὸν λόγον — ἀφελέσθαι. Absolvitur refutatio λύσει. ἅπαντες γὰρ οἱ λῃσταὶ — ταῦθ' ἑαυτοῦ γίγνεσθαι. Vide Hermog. Invent. Lib. III cap. 3 fin. p. 139 sq. Conf. Schol.

§. 3. ¹) Σημείωσαι, ὅτι πάντα τὰ τῆς ἐπιστολῆς τῇ διανοίᾳ λύει ὁ ῥήτωρ. πᾶν γὰρ ῥητὸν τῇ διανοίᾳ λύεται. Schol. Haec regula rhetorum sic intelligenda est: Omne effatum dissolvitur (h. e. refutatur) interpretatione sensus, quem dico in illo inesse. Vide Ernest. Lex. Techn. gr. s. v. Διάνοια.

²) I. e. Non difficile est ei hanc orationem eripere, quasi justa sit; sive: Non d. est eum privare facultate dicendi hoc justum esse; sive: Non d. est eum cogere, ut confi-

teatur hanc orationem esse injustam. Rectissime Schaeferus: „Idem est, inquit, ac si dixisset: *Τοῦτον δὲ τὸν λόγον μὴ εἶναι δίκαιον οὐ χαλεπόν ἐστιν αὐτοῦ ἀφέλεσθαι.* Conf. Phil. I §. 25 not. 1. p. 47: *τὰς προφάσεις ἀφελεῖν τοῦ στρατηγοῦ.* Nam locus est intelligendus e Graecorum more, qui negant non solum totum, sed etiam partes, nec solum actionem, sed etiam effectum, hoc est, post Verba negandi omniaque aliquam vim negandi continentia, quibus actio totaque enunciatio negatur, secundario etiam Verbo, quo effectus actionis explicatur, e Parallelismo quodam adjungere solent Negationem. Platon. Apol. p. 32 B. §. 20: *ἠναντιώθην ὑμῖν μηδὲν ποιεῖν παρὰ τοὺς νόμους*, ubi *ἠναντιώθην* etsi per se absolutum est, tamen explicatur negatione *μηδὲν ποιεῖν.* Item *ἀρνεῖσθαι ὡς οὐκ εἰσὶ τοιοῦτοι* Dem. Phil. III p. 124 ult. §. 54. — Chers. p. 97 §. 31: *ὡς μὲν οὐκ ἀληθῆ ταῦτ' ἐστὶν, οὐχ ἕξετε ἀντιλέγειν.* Etiam praeposita *ὡς* c. Onetor. I p. 871 §. 27: *ὡς δ' οὐκ ἐκεῖνος ἐγεώργει τὴν γῆν, οὐκ ἠδύνατ' ἀρνηθῆναι διὰ τὴν περιφάνειαν, ἀλλὰ προςωμολόγησεν.* Quare in pedestri certe sermone a veteribus scriptoribus Infinitivo additur *μή.* Lucian. Conviv. §. 15: *ἀρνουμένου μὴ ἀποβεβληκέναι.* Vide Schäfer. ad Dem. Phil. III p. 125, 1. conf. Soph. Antig. vs. 378 et Alciphronem in fine hujus not. Cujus generis sunt omnia omnino Verba negandi, ejurandi, vetandi, etiam *ἀπογνῶναι, ἀποδόξαι, μεταβουλεύεσθαι*; privandi, impediendi (facultate privandi), absolvendi (crimine privandi), liberandi, desinendi, desistendi, effugiendi, diffidendi. Copiam habebis apud Viger. p. 458 ibiq. Hermann. p. 810 sq. Maxime ad n. l. pertinent Plat. Soph. p. 260 A. §. 97 (quem locum Schaefero Graecitatem acerrime observanti debemus): *Σκόπει — ὡς — προςηναγκάζομεν ἐᾶν ἕτερον ἑτέρῳ μίγνυσθαι. — Τούτου γὰρ στερηθέντες, τὸ μὲν μέγιστον, φιλοσοφίας*

ἂν στερηθεῖμεν, ἔτι δ' ἐν τῷ παρόντι δεῖ λόγον ὑμᾶς διομολογήσασθαι, τί ποτ' ἐστίν. εἰ δὲ ἀφῃρέθημεν αὐτὸ μηδ' εἶναι τοπαράπαν· οὐδὲν ἂν ἔτι που λέγειν οἷοίτ' ἦμεν. Ejusd. Lysid. p. 222 B. §. 42: Οὐ ῥᾴδιον ἀποβαλεῖν τὸν πρόσθεν λόγον, ὡς οὐ τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ — ἄχρηστον i. e. non est facile priorem rationem rejicere: „simile simili esse inutile." Item Pausan. Lib. VIII. cap. 36 §. 3: ὃν οὐδὲ τυραννοῦντα ἀφείλοντο μὴ ἐπονομάσαι Χρηστόν, cui ne tyrannis quidem cognomen Boni eripuerat. Conf. VIII, 52, 2. Ejusd. IX, 1 vers. finem: ἀπείργοντες διπλῷ τείχει μὴ ἐξελθεῖν τοῦ ἄστεως, Θηβαῖοι δὲ — ἀφελόμενοι μὴ ἐςελθεῖν σφᾶς ἐς τὸ τεῖχος. „Arcte jungenda verba ἀφελόμενοι μὴ ἐςελθεῖν et hoc perinde dictum ac quod modo praecessit ἀπείργοντες μὴ ἐξελθεῖν." Schaeferus ad Lambert. Bos. p. 555. Item Sophocl. Philoct. vs. 1303 (1279):

— τί μ' ἄνδρα πολέμιον
ἐχθρόν τ' ἀφείλου μὴ κτανεῖν τόξοις ἐμοῖς;

Proprie: cur mihi necem hostis eripis? i. e. Cur me impedis, quominus hostem interficiam? Si enim sententiam talium locorum, et non solum verborum structuram respicimus, breviloquentiam quandam in hoc usu deprehendere nobis videmur. Exemplo sit locus e Plat. Soph., cujus verba supra notata proprie vertimus: Wenn wir der Existenz derselben völlig beraubt werden. Ad sententiam hoc est, ut e toto loco apparet: si negare deberemus id esse. Similiter in ἀφιέναι, dimittere, absolvere. Stallbaum. ad Phileb. p. 50 D. §. 114. Item Herodot. Lib. II cap. 174: ἀπέλυσαν μὴ φῶρα εἶναι. Ut etiam Cicero pro Mil. cap. 18: „liberatur Milo non eo consilio profectus esse." ibiq. Möbius. Quod quo facilius intelligas, memineris Graecos e Negationis notione saepissime intelligere contrarium, et

quando praecedunt Verba negandi vel impediendi, omitti notiones dicendi vel efficiendi, ut ἠρνήσατο ἐκεῖνος μὴ εἶναι et ἠρνήσατο ἐκεῖνος καὶ εἶπεν: οὔκ εἰμι idem est. Quare additur nonnunquam Verbum affirmandi, ut Dem. c. Onet. loc. cit. ἀλλὰ προςωμόλογησεν. Vide Matth. §. 534 p. 1046. §. 635 p. 1309.

Ita factum est, ut eadem structura Matthiaeo locc. citt., Heindorfio ad Plat. Lysid. loc. cit. et ad ejusd. Parmen. p. 146 E. §. 41 videretur esse breviloquentia, Buttmanno Excurs. XI ad Midian. abundantia. Priores fere omissum esse ὥςτε putaverunt. Vide quos citavernnt Koen. et Boissonad. ad Gregor. Cor. p. 103. Bernhardyus parum perspicue egit p. 364. Consensus virorum doctorum eo quoque impeditus est, quod Parallelismus ille in Verbis ἀφίημι, οὐκ ἐῶ, κωλύω etc. interdum negligitur et Negatio omittitur. Plat. Repl. Lib. V cap. 2 p. 451 B: ἀφίεμέν σε καθαρὸν εἶναι καὶ μὴ ἀπατεῶνα ἡμῶν. Sed ibid. p. 472 A. iterum cum Negatione: ἀφεθήσει ὑφ' ἡμῶν πρὸς τὸ μὴ εἰπεῖν. Contra ejusd. Legg. I. p. 635 A: αὐτοὶ δ' ἕνεκα γήρως ἀφείμεθ' ὑπὸ τοῦ νομοθέτου, — μηδὲν ἂν πλημμελεῖν. Ejusd. Lysid. p. 207 E. §. 11: ἐῶσιν ἄρα σε ἃ βούλει ποιεῖν — οὐδὲ κωλύουσι ποιεῖν ὧν ἂν ἐπιθυμῇς; — Ἐμέ γε — πολλὰ κωλύουσι. — Βουλόμενοί σε μακάριον εἶναι διακωλύουσι τοῦτο ποιεῖν ὃ ἂν βούλῃ; Dem. Chers. p. 93 §. 15: οὐδὲν αὐτοὺς ἀπολωλέναι κωλύσει. Pac. p. 61 sq. §. 19 et 20. Phil. II p. 66 §. 3. Sophocles Infinitivo addidit Articulum Philoct. vs. 1241 (1217):

ἔστιν τις, ἔστιν, ὅς σε κωλύσει τὸ δρᾶν.

Cf. supra §. 1. Semper vero post verba negandi et vetandi Negatio iteratur, nec poëtae ab hoc usu recedunt. Nam Sophocl. loc. cit. vs. 118:

οὐκ ἂν ἀρνοίμην τὸ δρᾶν

ipsum Ἀρνεῖσθαι cum sua Negatione conjunctum, idem

est, quod ὁμολογεῖν. Eurip. Iphig. Aul. vs. 955 (966):

οὐκ ἠρνούμεθ' ἂν τὸ κοινὸν αὔξειν.

Attamen etiam τῷ Οὐκ ἀρνοῦμαι et similibus additur nonnunquam altera Negatio. Aeschin. c. Ctes. p. 428 sq. §. 35 sq. ὡς οὐκ ἀπαγορεύουσιν οἱ νόμοι — μὴ κηρύττειν, ut proxime: ἀπαγορεύοντα — μὴ κηρύττεσθαι. Dem. contra Phormion. p. 907 §. 3: οὗτοι οὐ τὸ παράπαν συμβόλαιον ἐξαρνοῦνται μὴ γενέσθαι ἐν τῷ ἐμπορίῳ —, ἀλλ' οὐκέτι εἶναί φασι πρὸς ἑαυτοὺς οὐδὲν συμβόλαιον. et prorsus idem sine altera Negatione inferius p. 919 §. 43: ὡς μὲν τοίνυν γέγονέ μοι τὸ συμβόλαιον πρὸς Φορμίων' Ἀθήνησιν, οὐδ' αὐτοὶ ἔξαρνοί εἰσι, παραγράφονται δὲ ὡς οὐκ εἰςαγώγιμον τὴν δίκην οὖσαν. Cf. supra c. Onetor. loc. cit. — Posterior Graecitas etiam Infinitivo ab οὐκ ἀρνοῦμαι pendenti addidit οὐ. Alciphron. Lib. II Ep. 2 §. 24: οὐκ ἀρνοῦμαι πρὸς τὸν νεανίσκον οὐκ οἰκείως ἔχειν, quasi factum aliquod concederetur.

Natum esse diximus hunc usum e Parallelismo quodam. Ut enim dicunt: τῶν μὴ ὄντων οὐδενὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὐδεμίαν κοινωνίαν ἔχει Plat. Parmen. fin. p. 166 C., ita aliis quoque vocabulis negantibus adjungunt Negationem, ut πλὴν εἰ μή pro πλὴν εἰ, ita Aristenaet. Lib. I Ep. 21: Περὶ γυναικὸς πάντα π λ ὴ ν μίξεως ο ὐ κ ἐπιτρεπούσης. Conf. Thucyd. Lib. I cap. 77: π α ρ ὰ τὸ μὴ οἴεσθαι praeter opinionem. Simili ratione etiam Verbis totam enuntiationem negantibus additur particula, qua effectus negetur, et illud explicetur.

Ad sensum recte Weiskius loc. cit. p. 22: ἀφαιρεῖσθαί τινος τὸν λόγον i. q. r e f u t a r e q u a e a l i q u i s d i c i t. Inest enim notio ἀναγκάσασθαι ὁμολογεῖν, ἐλέγξαι, quod est Glossema. Conf. Phil. III p. 114 §. 14: μισθοφορούντων τοὺς λόγους ἀφέλοιτο. F. leg. p. 447 §. 331: ταῦτ' οὖν μαρτύρων, ταῦτ' ἐλέγχων τινῶν ἔτι δεῖται μειζόνων; ταῦτ' ἀφαιρήσεταί τις ὑμῶν. Neque vero

Demosthenica haec formula dici potest, quod cupit Weiskius. Vide superiora.

[3]) *Καθ' ὑπόθεσιν ἐκ τῆς εἰς ἀδύνατον ἀπαγωγῆς.* Schol.

§. 4. [1]) De his insulis maxime propriis Atheniensium vid. Prolegg. Phil. I §. 18 not. a.

[2]) *Ἐκκόπτειν* translate non invenitur apud Demosthenem observante ipso Weiskio loc. cit. p. 22. H l. i. q. expellere, vi deturbare. Xenoph. Hell. Lib. VII cap. 4 §. 26: *ἐκκόπτουσι καὶ τοὺς ἐπὶ τῷ λόφῳ καὶ τοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβον.* Nec solum significat, quod D'Orvill. ad Charit. putavit p. 319 p. 393 Lps., ex arce vel colle edito ejicere, sed, ut e n. loco apparet, omnino expellere, etiam ex insula. Conf. Bähr. ad Plut. Flamin. cap. 9 p. 102. Latini quoque Excidere translate dicunt. Vide Forcell. Lex. s. v.

[3]) Omisit orator particulam *ἄν*, quo certius rem eventuram esse significaret, si alterum evenerit. Matth. Gr. §. 524 Observ. 3 p. 1017. Cf. Hermann. De Partic. *Ἄν* p. 87.

§. 5. [1]) *Ταῦτα* pertinet ad verba *οὐ γὰρ ὑμετέραν οὖσαν οὔτε λαβεῖν οὔτε νῦν ἔχειν.* §. 2. Weiskius.

[2]) Non solum Participium *λέγων*, sed etiam *ἐπιστάμενος* pendet ab *οὐκ ἀγνοεῖ*, nec fuit hoc ab illo dirimendum plene interpungendo, ut in Reiskiana.

[3]) *Ἀλλ' εἴπερ τις ἄλλος Δημοσθένης φησὶ συνήθως. Κἀντεῦθεν οὖν εἰκάσειεν ἄν τις, ὅτι οὐ Δημοσθένους ὁ λόγος.* Ducas. Vide Prolegg. §. 2.

[4]) Weiskius loc. cit. p. 22 hoc verbum Demosthenicum esse dicit. At nullum quam hoc saepius apud omnes Atticos invenitur, recteque Ulpianus ad Olynth. II §. 3 (5): *πολὺ δέ ἐστι παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἀττικοῖς.* Conf. Plat. Criton. §. 6: *οὐκ ἄν σε παρακρούοι ἡ παροῦσα ξυμφορά* ibiq. Fischer. Neque ab athletarum artibus, quod ille censet, metaphora petita esse videtur,

quanquam Etymol. M. eandem imaginis originem proposuit; ductam esse putamus ab iis, qui male ponderant, h. e. ita, ut libram concutiant manu, quo propendeat altera lanx et alter fraudetur, i. q. *κρουσιμετρεῖν*. Vide Ulpian. l. cit. indeque Suid. Pseudo-Phocylides vs. 43:

Σταθμὸν κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.

De hac metaphora vid. Casaub. ad Pers. Sat. 1 vs. 6 p. 43 sqq., unde Schneiderus s. v. *Κρουσιμετρεῖν*. Valcken. ad Ammon. Lib. III cap. 8 p. 191, unde F. A. Wolf. ad Lept. p. 291.

[5]) Nec *διοικεῖν τά τινος* significat id quod vult Weiskius p. cit.: clam res alicujus tueri, nec est Demosthenis proprium. Qui quidem Chers. p. 93 §. 13 not. 3 *διοικήσεται*, sed c. Olympiod. p. 1172 §. 19 *διοικήσειν*. Vide plura in Reiskii Ind. Graec. s. v. Locutio autem apud alios quoque oratores invenitur, ut Isaei Hagn. p. 278 §. 14: *εἴ τι αὐτῶν κακῶς διῴκουν.* —

Ceterum h. l. nec cum Reiskio *ὑπὲρ αὐτοῦ πράγματα* subaudiendum est, nec quidquam cum Augero et Weiskio mutandum, sed, ut perspexit Schaeferus, *ὡς ἂν αὐτὸς ἐκεῖνος βούληται* illi Verbo *διοικήσειν* objectum est, conf. ad Phil. II §. 26 not. d, et quae deinceps sequuntur, *καὶ πρὶν — πραττόντων* explicandi causa apposita sunt i. q. *οἳ καὶ πρὶν ὑπέσχηνται* (sc. *πράξειν*) *καὶ νῦν δὲ πράττουσι.*

P. 78. [6]) De hac re vide Prolegg. §. 11. Et de usu, quem dixerunt, verborum *λαβεῖν* et *ἀπολαβεῖν*, *δοῦναι* et *ἀποδοῦναι* ibid. §. 7 not. 11 et 12, praecipue §. 9.

§. 7. [1]) De significatione *Διαδικάζεσθαι* multa exempla collegit Budaeus Comm. p. 93 sqq., notionem nec docuit nec ipse intellexit. Nec quidquam certius profecerunt Valesius et Taylorus, quos D'Orvillius quoque ad Charit. p. 483 p. 494 Lips. citavit. Reiskius fluctuat Ind. Graec.

s. v. — Latiore quidem notione *Διαδικασία* nonnunquam i. e. quod *δίκη*, c. Onetor. I p. 864 §. 2. Cherson. p. 103 §. 57 ibiq. Schol. Vide Wyttenbach. ad Platon. Phaedon. p. 107 D. p. 291 sq. Sed proprie eam causam significat, in qua duo eandem rem v. c. hereditatem petentes aut idem onus v. c. *λειτουργίαν* recusantes mutuo et certatim jus persequuntur, ac quaeritur, utri magis competat. Ut Halonnesum et Athenienses et Philippus suam esse contenderunt; uterque merito; illorum enim erat antiqua possessio, hic autem vi latronibus ejectis insulam in potestatem suam redegerat. Itaque quaeritur, utri magis vindicanda sit. Item Cardiani sui se juris esse, Athenienses autem totam Chersonesum esse suam veterem possessionem contendebant. Philippus igitur eos jussit *διαδικάσασθαι*. Prolegg. ad Or. de Chers. §. 2. Argument. cit. et infra p. 87 §. 42, ad quem locum inepte Ulpianus: *Ὥςπερ καὶ Φωκεῖς καὶ Θετταλοὶ ἐδικάζοντο* [lege *διεδικάζοντο* vid. ad Liban. Argum. Chers. p. 88 extr.] *περὶ τοῦ ἱεροῦ, καὶ Καρδιανοί, ὅτι ἡμετέρα ἐστὶν ἡ γῆ.* Pertinet ad eam actionem certamen *ἀντιδόσεως* inter duos, quorum alteri prius obeundum sit munus publicum. Conf. Phil. I p. 50 §. 36 not. 2. Quare recte quidem, sed arctius Schol. Bav. ad p. 87, 14: *Διαδικασία δέ ἐστιν, ἣν ποιοῦνταί τινες τοῖς μέλλουσι χορηγεῖν, οὓς ἂν ὁρισθῆναι βούλωνται, πότε χρὴ λειτουργεῖν αὐτούς.* Multo accuratius Anecd. Bekk. Vol. I p. 236: *Διαδικασία: οὐχ ἁπλῶς πᾶσα δίκη διαδικασία καλεῖται, ἀλλ' ἐν αἷς περί τινος ἀμφιςβήτησίς ἐστιν, ὅτῳ προςήκει μᾶλλον* etc. *Ein Prioritätsstreit* Vide Heffteri Athen. Gerichtsverfassung p. 272 sqq. Meieri Att. Process. p. 367 sqq. — Conf. Platneri Process. Vol. II p. 17 sqq.

[2]) Dem. Cor. p. 247 §. 68: *τῷ — ἐν Πέλλῃ τραφέντι, χωρίῳ ἀδόξῳ τότε γε ὄντι καὶ μικρῷ.* Idem teste Aeschine c. Ctes. p. 547 §. 160 Alexandrum dixit *ἀγαπᾶν*

— *ἐν Πέλλῃ περιπατοῦντα.* Haec recte Weiskius p. 19 not. 24 contulit, perperam autem sententiam vertens qui navem Pella solvit, tanquam egregiam admiratur et Demosthenis veluti propriam. Redit enim in spuria oratione contra Epist. Phil. p. 158 §. 22. Nec significat h. l. *ὁρμώμενος* qui navem solvit, sed oriundus Reisk. Ind. s. v. Cf. supra *ἐν Πέλλῃ τραφείς.* Polyb. Lib. V cap. 102 §. 1: *ἐξ οἰκίας ὁρμώμενος τοιαύτης* (sc. Philippus junior). Pellae enim nati Philippus ille et Alexander filius ejus habitabant. Strab. Lib. XVI cap. 2 p. 752 C. Mela Lib. II cap. 3 §. 1. Quare Juvenalis Sat. X vs. 168:

Unus Pellaeo juveni non sufficit orbis.

Ante Philippum locus erat obscurior. Cf. Dem. et Mel. locc. citt. Liban. Progymn. Vituper. Phil. init. Vol. IV p. 972 R.: *τὸ δὲ τῆς πόλεως μέγεθος. καὶ τί φαυλότερον τῆς Πέλλης;* Inde a Sophistis et Poëtis perpetuo dicebatur exigua (Lucan. Lib. X vs. 52.), quanquam jam antea maxima urbs Macedoniae. Xenoph. Hell. Lib. V cap. 2 §. 13 ad Olymp. XCIX $\frac{1}{2}$. In qua terra omnes urbes erant parvae. Sed postea vehementer illa est amplificata. Strab. Excerpt. ex Lib. VII fine 9 p. 330 C: *Τὴν Πέλλαν οὖσαν μικρὰν πρότερον Φίλιππος εἰς μῆκος ηὔξησε τραφεὶς ἐν αὐτῇ. Ἔχει δὲ λίμνην πρὸ αὐτῆς, ἐξ ἧς ὁ Λουδίας* (ap. Aesch. f. leg. p. 294 §. 124: *Λυδίας.* ap. Harpocr. *Λοιδίας*) *ποταμὸς ῥεῖ.* et quae reliqua sequuntur de situ hujus regiae munitissimae, de quo vide Livii Lib. XLIV fin. Conf. Mannert. Geogr. Vol. VII p. 477 sqq. Müller. Macedon. p. 10. Tzschuck ad Melae loc. cit.

[3]) *Τῇ δυνάμει τὴν ψῆφον* opponit q. d.: Si copiae vestrae maris imperium tueri nequeunt, quomodo judices restituent? vel: Turpe est ea jure persequi, quae armis recuperanda sunt. Wolfius. De judicibus, quorum arbitrio duae civitates rem controversam permittebant, et

de *πόλει ἐκκλήτῳ* vide Hudtwalcker. De Arbitris p. 125 sq. Wachsmuth. Antiqq. Graecc. Vol. II P. I p. 195. Cf. infra §. 36 not. 1. *Ἐπιτρέπειν ἀντὶ τοῦ διαιτητὰς αἱρεῖσθαι.* Harpocr. s. v. *Ἐπιτροπή* et Zonar. s. v. *Ἐπιτρέπει.* Thucyd. Lib. I cap. 18: *εἰ δέ τι ἀντιποιοῦνται* (sc. Corinthii de Epidauro)· *δίκας ἤθελον* (sc. Corcyraei) *δοῦναι ἐν Πελοποννήσῳ παρὰ πόλεσιν, αἷς ἂν ἀμφότεροι ξυμβῶσιν.* Cf. Diodor. Lib. XVII cap. 15. Etiam Romani per disceptationem causas publicas dirimendas sociis et amicis permiserunt. Livius Lib. VIII cap. 23.

[4]) I. e. *χρήμασι διαφθείρῃ δωροδοκοῦντας καὶ πιπράσκοντας ἑαυτούς.* Nam *πρίασθαί τινα* est *corrumpere* largitionibus; *πιπράσκειν ἑαυτόν corrumpi.* Wolfius. Vide quos citavit Hermann. Antiqq. Gr. §. 173, 11. cf. Phil. I p. 45 §. 18 not. 5. Prolegg. Phil. II p. 7.

§. 8. [1]) Lacedaemonii terra magis, mari Athenienses tyrannidem in Graecos exercuerunt; si ergo mari cedent Athenienses, quanto magis terra? Wolfius. Apte citat Jacobsius Isocr. orationem de pace, inprimis cap. 37, 115. Vol. II p. 246: *Τὰς μὲν τυραννίδας ἡγεῖσθε χαλεπὰς εἶναι καὶ βλαβερὰς οὐ μόνον τοῖς ἄλλοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔχουσιν αὐτάς, τὴν δ' ἀρχὴν τὴν κατὰ θάλατταν μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, τὴν οὐδὲν οὔτε τοῖς πάθεσιν οὔτε ταῖς πράξεσιν τῶν μοναρχιῶν διαφέρουσαν.* Conf. Pseudo-Xenoph. Repl. Ath. cap. 2. Vide Böckh. Oecon. Vol. I p. 59 sqq. et passim. Pauw. Quäst. Vol. I. p. 357 sqq. — Proxime *ἀφεστήκατε*, Demosthenes *ἀφέστατε.* Vid. Chers. p. 99 §. 37.

§. 9. [1]) De causis quae dicuntur *δίκαι ἀπὸ συμβόλων.*

Historiam vocabulorum *Σύμβολον* et *Συμβόλαιον* elegantissimus et doctissimus enarravit Creuzerus Symbol. Vol. I §. 16 p. 28 sqq. ed. 2dae.

Συμβόλαιον significat apud Dionysium quidem Hal. pactum cujuscunque generis, sive privatum sive publicum. Antiqq. Lib. X cap. 55 extr.: τά τ' ἰδιωτικὰ συμβόλαια διαιρεῖν καὶ τὰ δημόσια ἐπιτροπεύειν. Idemque vult Ez. Spanheim. Orb. Rom. p. 313 ed. Heinec. Verum in jure Attico id vocabulum est strictioris notionis, et intelligitur pactum privatum, in quo, ut juris vinculo, ultro citroque ineundo signum aliquod, σύμβολον, adhiberi solet, antiquitus tessera, annulus etc. postero tempore scripta formula, συγγραφή, ut de mutuo, deposito, sponsione, emto vendito, conducto locato, societate, mandato, de quibus vide Meier. Process. p. 493 sqq. Haec igitur in jure Attico συμβόλαια dicebantur vel συνθῆκαι, συναλλάγματα, neque vero σύμβολα. ex illis nascebantur αἱ δίκαι συμβολαίων, lites de contractibus. Pollux Lib. VIII S. 31. Dem. c. Zenothem. init.: οἱ νόμοι κελεύουσιν — τὰς δίκας εἶναι τοῖς ναυκλήροις καὶ τοῖς ἐμπόροις τῶν Ἀθήναζε καὶ τῶν Ἀθήνηθεν συμβολαίων, καὶ περὶ ὧν ἂν ὦσι συγγραφαί. item αἱ δίκαι ἐμπορικαὶ τῶν συμβολαίων, contra Phorm. p. 919 §. 42, a quibus omnino discernendae sunt αἱ δίκαι ἀπὸ συμβόλων.

Σύμβολα sunt enim pacta certa quaedam publica, et δίκαι ἀπὸ συμβόλων causae secundum ea pacta dijudicandae. Dicunt enim δικάζειν ἀπὸ συμβόλων. Aristoteles in Bekker. Anecd. Vol. I p. 436, 1. Pollux Lib. VIII S. 54 et 63. Hesych. Vol. I p. 489, quem locum perperam intellectum esse ab interpretibus quisquis videt de tesseris judicum, de quibus aliqua delibavimus Dissert. de Heliaea p. 24. Adde intrr. ad Dem. Cor. p. 298, 6 et inprimis Boeckhii Corp. Inscr. Vol I p. 341. Significant illi Lexicographi νησιωτικὰς δίκας, quas in fine hujus excursus tangemus. — Plenius dixit Antiphon De Caed. Herod. p. 745 §. 78: δίκας ἀπὸ ξυμβόλων ὑμῖν δικαζόμενοι, de iisdem litibus, ut infra videbimus. Thucydides de illis causis dicere amat τὰ

διάφορα δίκῃ λύεσθαι κατὰ ξυνθήκην Lib. I cap. 78, *δικαίῳ χρῆσθαι καθ' ὅ,τι ἂν ξυνθῶνται* V, 18, et similia.

In hac significatione *Σύμβολα* non dicuntur Singulari Numero. Thomas autem Mag., ut Ulpianus ad h. l., res diversas confudit dicens: *Σύμβολα πληθυντικῶς μόνον. αἱ περὶ τὰ συμβόλαια τῶν ἐμπόρων δίκαι. Δημοσθένης: συμβόλων οὐδὲν δέονται Μακεδόνες πρὸς Ἀθηναίους. καὶ πάλιν: ὁμολογούμενον ἐν τοῖς συμβόλοις καταστῆσαι.* Ubi de hac re invenitur *σύμβολον*, significatur formula, qua pactum publicum conscriptum est. Polyb. Lib. XXXII cap. 17 Vol. IV p. 578 et XXIV, 1, 11 p. 286: *οἱ μὲν περὶ χώρας, οἱ δὲ περὶ σωμάτων, οἱ δὲ περὶ θρεμμάτων ἧκον ἀμφισβητοῦντες, ἔνιοι δὲ περὶ συμβολαίων καὶ τῶν εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων, τινὲς μὲν οὐ φάσκοντες δύνασθαι τυχεῖν τοῦ δικαίου κατὰ τὸ σύμβολον διὰ τὸ τὸν Φίλιππον ἐγκόπτειν τῇ δικαιοδοσίᾳ.* Sed *Συμβόλαιον*, contractus, in utroque Numero occurrit. Dem. c. Zenoth. loc. cit.: *οὐδὲν ἦν συμβόλαιον οὐδὲ συγγραφή* de re ex jure civili suscepta et contracta. Contra Phorm. p. 920 §. 43 p. 907 §. 3: *οὐκέτι εἶναί φασι πρὸς ἑαυτοὺς οὐδὲν συμβόλαιον. πεποιηκέναι γὰρ οὐδὲν ἔξω τῶν ἐν τῇ συγγραφῇ γεγραμμένων.* Nam *συμβόλαιον* est Actum, *συγγραφή* est Scriptum. Ibid. p. 916 §. 31: *τὴν γὰρ συγγραφὴν ἀνελόμενος ἀπήλλαξο ἂν τοῦ συμβολαίου.* Platnerus Process. Vol. I p. 291 hoc arctius ad mercaturam et negotiationem restrinxit et *συγγραφήν* neglexit. Meierus autem loc. cit. p. 497 not. 56 *συμβόλαιον* omnem omnino contractum, *συγγραφὴν* esse putat contractum literis conceptum. At vide etiam loc. cit. §. 32: *ὃ δὲ μὲν πρὸς σὲ δύο συγγραφὰς ἐποιήσαντο ὑπὲρ τοῦ συμβολαίου.* Hic vero alter juris attici peritissimus ibid. p. 494 not. 49 recte monet *συμβόλαια* etiam de uno pacto dici, ut *συνθῆκαι.* Sozomenus Hist. Lib. VII cap. 9 etiam *σύμβολα* pro *συμβόλαια* de privatorum contractibus usurpavit: *καὶ*

τὰ σύμβολα κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων ἐκρίνετο. Quod jam vidit Dion. Petavius ad Julian. p. 121 ed. Spanh.

Quae quanquam non pertinent ad nostrum locum, in quo non de privatis, sed de publicis conventis agitur, tamen accurate exponenda esse putavimus, quia a multis aliena permixta esse videbamus.

Nostro in loco, qui de hac re est classicus (Decretum enim in Böckhii Corpore Inscr. Vol. I p. 125 sq. nimis lacerum est) agitur de *Συμβόλοις*. Quibus formula juris exsequendi concipiebatur, quomodo inter earum gentium cives, praecipue negotiatores disceptandum esset; quam Romani dicebant Reciperationem. Paulus Diaconus: „Reciperatio est, quum inter civitates peregrinas lex convenit, ut [*quomodo.* Festus] res privatae reddantur singulis recuperenturque.“ Conf. Aulus Aelius ap. Festum s. v. — Harpocration ibiq. Vales.: *Σύμβολα. τὰς συνθήκας, ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι, τοῖς πολίταις ὥςτε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια. Πολλάκις ἐν τῷ ἑβδόμῳ Φιλιππικῶν Δημοσθένης.* Inde Etym. M., Photius, Suidas, Schol. Bavar., in quorum omnibus Editionibus hic male interpungitur. — *Δίκαια* sive potius *δίκην διδόναι* (*ὑπέχειν*) *καὶ λαμβάνειν* solemne dicitur de commercio juris praebendi repetendique, *vom activen und passiven Klagrecht. Δίκην λαμβάνειν* est id quod *jus persequi*, de actore, *δίκην διδόναι* i. q. *jus subire, se judicio sistere*, de reo. Significat enim etiam *poenam dare*, et *δ. λαμβάνειν poenam sumere.* (Herald. Animadv. ad Jus Att. et R. Lib. II cap. 11 §. 4 p. 138 b. Valcken. ad Herod. Lib. V cap. 83. Perizon. ad Aelian. Var. Hist. Lib. III cap. 38. Cf. Chers. p. 103 §. 57). Aristot. Polit. Lib. III cap. 1 §. 3 Vol. XI p. 60: *οἱ τῶν δικαίων μετέχοντες οὕτως, ὥςτε καὶ δίκην ὑπέχειν καὶ δικάζεσθαι. τοῦτο γὰρ ὑπάρχει καὶ τοῖς ἀπὸ συμβόλων κοινωνοῦσι.* Ibid. cap. 5

(ς) §. 10 p. 74: καὶ πάντες, οἷς ἐστὶ σύμβολα πρὸς ἀλλήλους. — εἰσὶ γοῦν αὐτοῖς συνθῆκαι περὶ τῶν εἰσαγωγίμων καὶ σύμβολα περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν.

Unde patet, quae iis conventis constituta sint: ut iisdem mercaturae commodis cives utriusque civitatis fruerentur, portubus, facultate mercium importandarum vel exportandarum, liberoque commercio. Deinde ne libertas neve bona peregrinantium ibi laederentur, περὶ τοῦ μὴ ἀδικεῖν Aristoteles loc. cit. et ibid. τοῦ μὴ σφᾶς αὐτοὺς ἀδικεῖν περὶ τὰς μεταδόσεις. Andocides c. Alcib. p. 121 §. 18: πρὸς μὲν τὰς ἄλλας πόλεις ἐν τοῖς συμβόλοις συντιθέμεθα μὴ ἐξεῖναι μήθ' εἷρξαι μήτε δῆσαι τὸν ἐλεύθερον, ἐὰν δέ τις παραβῇ, μεγάλην ζημίαν ἐπὶ τούτοις ἔθεμεν. Polybius loco supra adscripto nominat fundos ademtos, servos raptos, pecora depulsa, contractus fractos aliasque injurias contra conventorum formulam illatas. Describendus igitur erat in Symbolis modus, quo jus illi experirentur; regulae constituendae, secundum quas in singulis litibus cautum esset, ut jus aequum diceretur; denique legitimus ordo judicii exponendus erat, quo foro, quibus magistratibus, judicibus, rationibus et actionibus litigatores uti deberent. Quod consentaneum est, declarant etiam Thucydidis loci Lib. VII cap. 18. I, 140, ut provocatus ad judicium praesto esse deberet. Idem inest in δίκην δοῦναι.

Ea omnia sedulo pangenda et describenda erant a civitatibus, inter quas frequens commercium erat, quum beneficium juris olim non esset commune. Hinc oriebantur σύλαι, ἀνδρολήψια, ῥύσια. Vide Hermann. Antiqq. Graec. §. 9. Cf. Hugo Grot. Jur. Bell. et Pac. Lib. III cap. 2 §. 3. Platner. Process. Vol. I p. 89.

Nonnunquam igitur amicae vel reconciliatae gentes quanquam non σύμβολα inibant, tamen hoc constituebant, ut civibus peregrinis jus e legibus patriis diceretur. Vide infra §. 13.

Thuc. Lib. IV cap. 118: *δίκας τε διδόναι ὑμᾶς τε ὑμῖν* (Athenienses Lacedaemoniis) *καὶ ἡμᾶς ὑμῖν κατὰ τὰ πάτρια.*

Insulani Atheniensibus subditi ut non erant *αὐτοτελεῖς*, ita neque *αὐτόδικοι*, sed Athenis jus experiri cogebantur. Schömann. Process. p. 778 not. 10. Quasi id fieret e pactis, eorum quoque causae *ἀπὸ συμβόλων* dicebantur. Hoc ostendit etiam Antiph. loc. cit.: *οὐδ' ἑτέρας πόλεως πολίτης γεγενημένος* (sc. pater meus, qui erat Mytilenaeus), *ὥςπερ ἑτέρους ὁρῶ τοὺς μὲν εἰς τὴν ἤπειρον ἰόντας καὶ οἰκοῦντας ἐν τοῖς πολεμίοις τοῖς ὑμετέροις καὶ δίκας ἀπὸ ξυμβόλων ὑμῖν δικαζομένους.* Locum obscurum varie explicaverunt. Vide Böckh. Oecon. Vol. I p. 434 et II p. 412. Schömann. loc. cit. p. 778. Platner. loc. cit. p. 110 sq. Nos quidem sic intelligimus: „Sociorum vestrorum multi apud hostes habitant, ut, quum sint etiam cives insulae foedere vobiscum conjunctae, Athenis negotiantes propter civitatem suam jus persequantur; vos autem v. c. ad pecuniam debitam exigendam eos persequi non potestis, quia habitant apud hostes, quibuscum nullum vobis est commercium juris.“ Si quis contra monuerit, ejus actionis causa non opus fuisse civitate sociae urbis vel conventis, quum Athenienses, ut haec ipsa oratio de Halonneso docet §. 12, omnibus tum, qui Athenis negotiarentur, jus dixissent litesque de mercatura inter peregrinos et suos cives diremissent; is tempora miscet. Oratio enim de caede Herodis habita est post Olymp. LXXXVIII, 2, quo Mytilene capta est Thuc. Lib. III cap. 28, et ante XCII, 2, quo Antiphon Rhamnusius interfectus est. Vid. Recens. nostra in Diario Schol. Darmstadt. a. 1829 No. 143 p. 1173 sq.

Neque absonum erat insulanorum lites *δίκας ἀπὸ συμβόλων* nominare, miti nomine rem duram. Prout enim convenerat, variae erant sociorum conditiones. Herald. loc. cit. Lib. IV cap. 11 p. 327 sqq. Et Athenienses, ut Romani, in pace cum hostibus inita et cum

sociis suis commercium vel restringebant vel recusabant. Spanheim. loc. cit. p. 314. Conf. Thuc. loc. cit.

At celeberrimae hae sociorum subjectorum causae Athenis potissimum componebantur (quod quidem satis notum est, sed cf. etiam Inscript. in Böckhii Corp. Vol. I p. 894 B. p. 895 b.), quae causae a Thucydide Lib. I cap. 77 *αἱ συμβολαῖαι πρὸς τοὺς συμμάχους δίκαι* dicuntur, sive secundum Hesychium *αἱ κατὰ συμβόλαια δίκαι*, sive *αἱ νησιωτικαὶ δίκαι* secundum Chamaeleontem ap. Athen. Lib. IX p. 407 B. Eae vero causae nec magis ad nostram orationem pertinent quam *συμβόλαια*, quoniam ea necessitas acerba post pugnam ad Aegospotamum Olymp. XCIII, 4 primum, et certe post pacem cum sociis factam Olymp. CVI, 1 prorsus antiquata erat. De ea vide Böckh. Oecon. Vol. I p. 433 sqq. p. 452 sq. Heffter. Judic. Attic. p. 84 sqq. Nominatas autem eas quoque lites esse *δίκας ἀπὸ συμβόλων*, docent etiam Aristoteles in Bekkeri Anecd. indeque Lexicographi supra citati. Socios intelligi liberos, et qui sui juris fuerint, vetat Hesychius, qui addit *καὶ τοῦτο ἦν χαλεπόν*. Conf. Pseudo-Xenoph. Resp. Ath. cap. 1 §. 16. Quae proprie vereque erant *σύμβολα*, non molesta erant sociis, sed commoda. Etiam Pollux loc. cit. §. 69: *ἀπὸ συμβόλων δέ, ὅτε οἱ σύμμαχοι ἐδικάζοντο* loquitur de re antiquata, ergo non de veris Symbolis, quae Romanorum etiam temporibus fiebant.

Adde Annotationes proximas.

[2]) Quum Athenienses imperium maritimum tenerent, lex observabatur, ut pacta conventa a populo cum peregrinis civitatibus jussa Athenis a Thesmothetis confirmarentur. Conf. Pollux Lib. VIII S. 88: *καὶ τὰ σύμβολα τὰ πρὸς τὰς πόλεις κυροῦσι* sc. *οἱ Θεσμοθέται*. Secundum statum Atheniensium bene conjecit Schömannus loc. cit. non a solis Thesmothetis ea pacta esse confirmata, sed

in judicio Heliastarum, cui praeerant Thesmothetae. Halonn. p. 79 §. 9: ἐπειδὰν ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ παρ' ὑμῖν κυρωθῇ. Poscebat igitur superbia Atheniensium, ut exterae civitates ad hoc negotium conficiendum legatos mitterent plena potestate. Philippus postulavit, ut pacta, quum ad ipsum relata et comprobata essent, rata esse censerentur. Vide Petiti Legg. Lib. VIII Tit. IV §. 9 p. 564 sq. Schömann. loc. cit. p. 775 sqq. Cf. not. proximam.

P. 79. [3]) *Αἱ δίκαι ἀπὸ συμβόλων* erant ἐφέσιμοι, ut is, qui in peregrino judicio causa cecidisset, ad patrium judicium appellare posset; quare eae lites, ut Platnero loc. cit. p. 109 sq. videtur, sequebantur forum rei. Cf. Reisk. Ind. s. v. Σύμβολον, Weisk. ad h. l. et inprimis Schömann. Process. p. 774. Hudtwalcker. De Arbitris p. 123 sqq. Nonnunquam autem convenerat, ut actori liceret etiam in patrio judicio actionem intendere; namque ad tale quid referendum esse videtur Ulpiani Schol. ad Midian. p. 193 A. §. 329: ἐξῆν γὰρ τοῖς ξένοις ἐμπόροις, ὅπου ἐβούλοντο, ποιεῖσθαι τὰς δίκας. Lex autem Solonis, quam servavit Libanius Declam. XIII, quum Philippus exposceret, ut Demosthenes ipsi traderetur, Vol. IV p. 242, aliam rem constituit; vetat enim Atheniensem constrictum dedi peregrino ad supplicium sumendum. Neque vero agitur in nostro loco de δίκαις, nec de ἐφέσει, sed de ἐφεσίμῳ γνώσει τῶν συμβόλων, de cognitione conventorum transferenda, i. e. Philippus pacta a legatis suis et populo comprobata antea, quam rata essent, ipse cognoscere et confirmare voluit. Schömann. loc. cit. p. 776 sq. „Nam κυροῦν est de confirmandis decretis, non de judicio. Idem in σπονδαῖς faciendis observatum esse docet exemplum ap. Thucyd. Lib. IV. cap. 118.“ Böckh. Corp. Insc. Vol. I p. 112.

[4]) Ὑμῶν τοῦτο προλαβεῖν — ὅτι. *hoc vobis praeripere vult.* Conf. Olynth. III p. 28 §. 2 ibiq. Wolf. —

Genitivus cum hoc Verbo conjungi potest ob notiones a) privandi et b) praecellendi, prout in significatione aut Praepositio aut Verbum dominatur.

a) Verbum Genitivum sibi adsciscit ob notionem auferendi quod alterius est. Bernhard. p. 146 sq. Ut *καταλαμβάνει Σκῆψιν — καὶ Ἴλιον αὐτῶν* Aristocrat. p. 671 §. 154. cf. Xenoph. Hell. Lib. VII cap. 4 §. 17: *εὐθὺς ἐξελθόντες — καταλαμβάνουσιν αὐτῶν Ὄλουρον.* Ut *Οὐδ' ἂν ἄνηθον τῶν πρεσβυτέρων ἁρπάζειν* Aristoph. Nubb. vs. 980 (978). Sic Aeschin. c. Tim. p. 168 §. 172: *οὗτος δ' αὐτοῦ τὰ τῆς φυγῆς ἐφόδια προλαβὼν τρία τάλαντα ἀπεστέρηκε,* quod cum Praepositione dixit f. leg. p. 328 §. 166: *προὔλαβες τρία τάλαντα παρ' Ἀριστάρχου φεύγοντος, τοῦτον τὰ τῆς φυγῆς ἐφόδια ἀπεστερήσας.* Ut c. Tim. p. 126 §. 107: *δῶρα λαμβάνων παρὰ τῶν.* Item ibid. p. 340 §. 178: *Φασὶ μὲν τὸν Φίλιππον — προλαβεῖν ἡμῶν ἐν ταῖς συνθήκαις ἅπαντα.* Idem c. Ctes. p. 633 §. 239: *ἃ* (sc. *ἑβδομήκοντα τάλαντα*) *προλαβὼν τοῦ βασιλικοῦ χρυσίου ἀπεστερήσας,* ibid. p. 413 §. 21: *προλαβὼν χρήματα τῆς πόλεως,* ut c. Tim. p. 128 §. 110: *ἔκλεπτον δὲ τῆς πόλεως κοινῇ καὶ μάλα φιλεταίρως χιλίας δραχμάς,* et ut Sophocl. Oed. C. vs. 541: *ὃ* (sc. *δῶρον*) — *ἐπωφέλησα πόλεος ἐξελέσθαι.* — Thuc. Lib. IV cap. 33: *προλαμβάνοντες ῥᾳδίως τῆς φυγῆς.* Quod qui subsequentibus exemplis addiderit, non vehementer peccabit.

b) Eundem Casum sibi adjungit Verbum ob Praepositionem, in qua inest notio praecellendi. Matth. Gr. §. 379 p. 697. Exemplis prioris notionis accedit fere c. Steph. I p. 1103 §. 6: *προλαβών μου ὥστε πρότερον λέγειν.* Theophr. Hist. Plant. Lib. VIII cap. 1: *προλαβεῖν τῇ ῥιζώσει βούλεται τοῦ χειμῶνος,* et proxime cum Accusativo: *ὅπως προλάβωσι ταῖς εὐδίαις τὴν αὔξησιν.* Ut Euripides Phön. vs. 1286 sq.: *ἢν μὲν φθάσω παῖδας πρὸ λόγχης.* Polyb. Lib. I cap. 25 §. 2 Vol. I p. 62: *τοὺς δὲ πρώτους πολὺ προειληφότας τῶν ἄλλων,* et ab-

solute Lib. III cap. 66 §. 5 p. 535: *πολὺ προειληφέναι* *longe praecessisse.* Unde in posteriore Graecitate *οἱ προειληφότες* i. q. qui praecesserunt, majores. — Genitivum autem ab excellentiae et ordinis notione pendere maxime apparet e Lucian. Tyrannic. cap. 21 p. 157: *εἴθε τὴν τάξιν προὔλαβον τοῦ φόνου.* Pari ratione ut dicunt *προέχειν τινός*, *προτιμᾶν τινός* infra §. 16 et similia.

[5]) Nescio, quomodo haec cohaereant: Athenienses Philippum patiuntur confirmare tesseras; ergo Potidaeatis colonis suis nullam ab eo factam esse injuriam confitentur. Nisi forte confirmatio tesserarum constituat *αὐτοκράτορα*, cui quod libet liceat. Wolfius. Quod orator dicit Philippum pacta haec de mercatorum judiciis ideo velle constitui, ut Potidaea jure a se videatur capta, id quale sit non patet. — Qua causa, quo praetextu ea capta sit, nusquam additur. Quare conjicio Potidaeae aliquid accidisse, cur Athenienses ii, qui eam urbem tenebant, litem intenderent mercatoribus Macedonicis; horum autem fraude factum esse, ut judicium non Potidaeae, sicut debebat (nam illo tempore, ubi querimonia orta erat, ibi judicabatur §. 13), sed apud Philippum institueretur, qui Potidaeatas damnavit, bonis exuit et urbem eorum occupavit. Quod Philippus ut defenderet, hanc nunc voluit legem sanciri, ut in Macedonia in jus vocarentur mercatores Macedonici ab Atheniensibus, Athenis Athenienses a Macedonibus. Weiskius. Volebat Philippus in pactis scribi se jure Potidaeam possidere. Quam ad rem curandam legatis Atheniensibus se facile persuasurum esse sperabat. Schoemannus loc. cit. p. 777. *Εἰ γὰρ συνθήκη τις γένοιτο μεταξὺ ἀδικημάτων, μηδὲν περὶ τούτων διαλαβοῦσα, ἀλλ' ἀποσιωπήσασα· βεβαιοῦνται ἐκεῖνα ὡς δίκαια τῷ πεποιηκότι. ἄλλως γὰρ ἔδει μεμνῆσθαι αὐτῶν ἐν ταῖς συνθήκαις.* Ducas. *Ἦν* (om. copulam Reiskius, quae apparet in Wolfii

Editione) ἔναγχος λαβὼν τὴν Ποτίδαιαν καὶ πολλοὺς τῶν ἐνοικούντων ἀδικήσας. ἵνα τοίνυν μὴ ἐγκαλῶσιν αὐτῷ, πέπομφε περὶ τῶν συμβόλων, δι' ὧν σπείσεσθαι ἤθελεν, ἵνα διὰ τῶν σπονδῶν λύσῃ τὰ ἐγκλήματα. Σπεισάμενοι αὐτῷ περὶ τῶν συμβόλων, ὡς μηδὲν ἀδικούμενοι δηλονότι, οὐ γὰρ ἂν σπείσασθαι. Schol. Aug. Extremum vocabulum A. G. Bekkerus corrigendum esse putat in σπείσαισθε aut ἐσπείσασθε. At vid. Herod. Lib. I cap. 229. Thuc. Lib. II cap. 93. Saepissime enim γὰρ cum Infinitivo occurrit. — Illi autem omnes vario modo errasse videntur. Jam primum curnam unius Potidaeae occupatio nominaretur? quidni pariter reliqua Chalcidica Chersonesus, Amphipolis, Pydna, Methone, et totus ille tractus circumjacens, quem Atheniensibus Philippus pari injuria eripuerat? Phil. I p. 41 §. 4. Deinde, quanquam in aliis multifariam falsus est, rectissime tamen id monet Otto De Actionibus II p. 48: „Cavendum, ne in eam inducamur opinionem fuisse tales δίκας actiones publicas; pacta quidem illa, quibus nitebatur modus in actionibus illis dijudicandis a judice observandus, erant juris publici, neutiquam vero actiones ipsae.“ Denique neque agitur hoc loco de Potidaea capta. Quid enim occupatio urbis Potidaeae ad σύμβολα pertinebat, quum ea res aut ante quatuordecim annos facta et in pacis formula ἔχειν ἑκατέρους ἃ εἶχον p. 82 §. 26 acta ac composita, aut infra §. 18 sqq. exponenda ac corrigenda esset, neutiquam disceptanda in συμβόλοις, quippe quae privatorum tantum bona spectarent? Sin autem hoc tantum Philippus postulasset, ut Macedonici mercatores in Macedonia in jus vocarentur; absurdi quid postulasset, quia is mos jamdiu vigebat; nec ad mercatores solos σύμβολα referenda sunt.

Nostram opinionem supra in Argumento proposuimus; hic addendum videtur, in conventis talia fere inserenda Philippum fuisse curaturum: „Si bona alicujus fue-

rint in possessione tertii, dominus in jus vocato eum, unde tertius accepit." Philippus enim Atheniensium bona accepit ab Olynthiis; ab his igitur illos cives sua repetere jubet. Scilicet Olynthii ii disparuerant. Ergo retinebit Philippus aliena ex jure. Itaque *αὐτὴν ἐκεῖνον λαβεῖν* intellige non solum urbem, sed etiam agrum urbanum et fundos, qui in eo florebant. Ut Phil. II p. 70 §. 20 *Ποτίδαιαν δ' ἐδίδου* sc. *Ὀλυνθίοις*, i. e. *τὴν χώραν δ' ἐκείνοις ἐδεδώκει καρποῦσθαι*, ut ibidem explicatur.

§. 10. [1]) Reiskius post *βεβαιώσασθαι* male interpunxit Jungenda enim sunt *ταῦτα τἀδικήματα ὅτι οὔτ' ἐγκαλεῖτε* etc. Weiskius. *Φίλιππος δὴ βούλεται βεβαιώσασθαι πανταχῶς παρ' ὑμῖν, ὅτι οὔτ' ἐγκαλεῖτε αὐτῷ ταῦτα τἀδικήματα* etc. Wolfius. De discrimine inter medium *βεβαιώσασθαι* h. l. et activum *βεβαιοῦτε* §. 9 Reiskius q. cit. Schaef. Ind. Graec. s. v. haec: *Βεβαιοῦν* verbis factisque qua fieri potest maxima caerimoniarum solemnitate atque religione confirmare et promulgare. *Βεβαιοῦσθαι* operam dare, ut sibi quam sanctissime atque solemnissime aliquid publice declaretur ac confirmetur.

§. 12. [1]) Prolegg. §. 2.

[2]) *Ἐπί τινι εἶναι* mitius esse dictum quam *ὑπό τινι εἶναι*, illud de sociis *αὐτονόμοις* civitatis potentioris, hoc de subjectis *ὑπηκόοις*, qui jure et imperio alicujus sint, observavit Orellius ad Isocrat. Permut. p. 300 et 305. Exempla harum formularum collegerunt Lennep. ad Phalar. Ep. 84 p. 242. Spohn. ad Isocrat. Paneg. cap. 29 p. 79. Dubitat autem de veritate hujus discriminis Schaeferus ad h. l. At convenire videtur illa observatio et significationi harum Praepositionum et nostro loco. Nam *Ἐπί* propinquitatem, *Ὑπό* infimitatem proprie significat. Isocr. Euagor. cap. 21 §. 54 Vol. II p. 304: *ὑπὸ Λακεδαιμονίοις οὖσαν*. Paneg. cap. 2 §. 16 Vol. I p. 168: *τῶν γὰρ Ἑλλήνων οἱ μὲν ἐφ'* [Bekk. e cod. *Γ*: *ὑφ'*] *ἡμῖν, οἱ δὲ ὑπὸ Λακεδαιμο-*

νίοις εἰσίν, quasi Atheniensium societas esset mitis, Lacedaemoniorum dominatio dura. Xenoph. Mem. Lib. I cap. 6 §. 2: *οὐδ' ἂν εἷς δοῦλος ὑπὸ δεσπότῃ διαιτώμενος μείνειε.* Plat. Repl. Lib. V cap. 8. p. 560 A: *τὸ δὲ πλῆθος τῶν γάμων ἐπὶ τοῖς ἄρχουσι ποιήσομεν*, penes magistratus numerum nuptiarum esse jubebimus. Dem. Cor. p. 300 §. 215: *παῖδας καὶ γυναῖκας ἐφ' ὑμῖν ποιήσαντες*, fidei vestrae commitentes. c. Androt. p. 604 §. 37: *ἐπὶ τοῖς λέγουσι τὸ βουλευτήριον ἔσται, — ἐπὶ τοῖς ἰδιώταις.* -- In nostro loco *ἐφ' ἡμῖν ἦν ἡ Μακεδονία* explicatur additis verbis: *καὶ φόρους ἡμῖν ἔφερε.* Demosthenes autem rem exaggerans Euripideis fere verbis Olynth. III p. 35 §. 24 dixit: *ὑπήκουε δὲ ὁ ταύτην τὴν χώραν* (sc. Macedoniam) *ἔχων αὐτοῖς* (sc. *τοῖς προγόνοις ἡμῶν*) *βασιλεύς* etc. Quasi haec terra non *αὐτόνομος* fuisset. De diversis sociis Atheniensium vide Böckh. Oecon. Vol. I p. 433 sqq. Conf. Pseudo-Dem. Or. ad Phil. Epist. p. 156 §. 16: *παρά τε γὰρ τῶν προγόνων ἐκ πλείονος χρόνου παρειλήφαμεν τὴν εὐδαιμονίαν* (nam ita legendum pro vulgato *ἡγημονίαν*) *οὐ τούτου μόνον* (i. e. non solum quam iste), *ἀλλὰ συνελόντι φράσαι πάντων τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλευσάντων.* — Vectigalis erat facta illa regio jam sub Perdicca II, si verum tradit Ulpianus, cujus scholion ad Olynth. loc. cit. in Bavarico quoque cod. legitur, hoc: *Ὑπήκουε] καὶ μέντοι καὶ φόρους ἤνεγκεν αὐτοῖς Περδίκκας ὁ θεῖος Ἀμύντου, ἀδελφὸς Φιλίππου τοῦ πατρὸς Φιλίππου, ὥς φησι Διό-*

. . . .

δωρος. — Ἄλλως. Οἱ μὲν Περδίκκαν εἶναί φασι τὸν ἐνεγκόντα τοὺς φόρους Ἀθηναίοις, οἱ δὲ Φίλιππόν τινα τοῦ Φιλίππου πρόγονον. Quae notavi verba e proximo scholio, quale invenitur in cod. Paris. *β*: *βασιλεύς] Περδίκκας ὁ πατὴρ Ἀμύντου τοῦ πατρὸς Φιλίππου*, hic inculcata et ejicienda esse censeo. Valckenarius Orat. de Phil. p. 269 sq. not. 61, quod aliquando probaveram,

ea verba transponenda et post *Φιλίππου* scribenda esse jubet. Nec vero sic scholion emaculatum est; namque Perdiccas non patruus, sed propatruus erat Philippi patris Alexandri M. Dexippus ap. Syncell. Chronogr. p. 260 sqq. ed. Par. Vol. VII Byzant. cf. Scaliger. Thesaur. p. 47. Clinton. Append. IV ad F. Hell. I p. 225. Weiskius Hyperb. I p. 21 sq. not. 48 etiam *ὥς φησι Διόδωρος* delere vult, et *φόρους* h. l. tributum mercaturae causa solutum vel etiam portorium significare optat, quia illud nullo alio testimonio firmetur. Diodori traditioni ab Ulpiano commemoratae non adversatur Hegesippus Amyntam Atheniensibus tributarium fuisse dicens. Nominat enim eum, qui omnium in regno Perdiccam secutorum diutissime regnavit, per 24 annos; acerbe quoque dicit Philippi patrem tributa solvisse, additque *οἱ ἄλλοι βασιλεῖς*, Perdiccae enim successerunt in propria Macedonia Archelaus, Orestes, Pausanias, Amyntas Philippi pater. Prior Philippus Perdiccae frater Thuc. Lib. I cap. 57, quem significat alterum scholion, in alia Macedoniae regione superiore ad Axium fluvium regnavit. Thuc. Lib. II cap. 99 et 100. Conf. Dodwell. Ann. Thuc. ad $\frac{86,4}{87,1}$. Müller. Maced. p. 20 sqq. Macedoniam unquam vectigalem fuisse Atheniensibus omnino negat Scholiasta Augustanus; Thraciae dicit nonnullos tyrannos Atheniensibus tributarios fuisse, Macedoniam autem vicinam h. l. tanquam Thraciae partem pro hac poni.

[3]) *Αἱ δίκαι ἐμπορικαί tum intra triginta dies, κατὰ μῆνα,* dirimendae erant, ideoque dicebantur *ἔμμηνοι*. Böckh. Oecon. Vol. I p. 54. Meier. Process. p. 539. Schoemann. ibid. p. 695. Platner. Process. Vol. I p. 289. Heffter. loc. cit. p. 399. Baumstark. De Curat. Empor. p. 63 sq. *Ἀκριβεῖς* dicuntur, non solum quia judicatum statim solvendum erat, aut nisi sponsor praestabat, debitor in carcerem immittebatur, Hudtwalck. Arbitr. p. 152 sq. Meier. De bonis damn. p. 28. Ullrich de

Undecimviris p. 226 sq. sed etiam quia, ut bene suspicatur Baumstark. loc. cit. p. 66, a rei peritis judicabantur. Conferri potest quod nunc nominatur jus Syngrapharum, Handels- und Wechselrecht. Eae lites tum (de priore tempore vid. Xenoph. Vectig. cap. 3 §. 3 ibiq. Schneid. et Lysias De publ. pecun. p. 593 §. 5) Athenis componebantur non singulis mensibus, quod alibi significat *κατὰ μῆνα*, sed sex h i b e r n i s tantum, inde a Boëdromione usque ad Munychionem. Dem. c. Apat. p. 900 §. 23 cf. c. Pantaen. init. p. 966. Sed *ταῖς νησιωτικαῖς δίκαις* a e s t i v i menses dabantur. Platner. loc. cit. p. 113 sq. Quod diversum tempus nec hic idem Platnerus nec Petitus Legg. Lib. VIII Tit. IV §. 9 p. 565 neque alii discernebant. Insulanis enim jus dicebatur, quum mare navigatio verna patefecerat (cf. Wachsmuth. Antiqq. Gr. II, 1 p. 84), ergo per aestatem. Contra negotiatoribus commodum litigandi tempus erat, quum intractabilis erat navigatio; tum enim si v. c. naves litigiosae ab actore vel a sponsore retinebantur (Dem. c. Apatur. p. 895 §. 9), damnum non tantum erat, quantum aestate fuisset, qua vigebat navigatio. Foeneratores quoque, qui commeatus et remeatus periculum susceperant, multas lites contestabantur; quod non poterant, nisi quando naves portus Atticos repetierant, plerumque auctumno.

[4]) Locutionem *μηδὲν δεῖσθαί τινος* i. e. *nolle, recusare aliquid* Demostheni prae aliis dilectam esse contendit Weiskius Diss. de Halonn. p. 22. Conf. infra p. 80 §. 16. Vellem, unum tantum locum Demosthenis geminum attulisset. Contra apud alios scriptores, ut apud Xenophontem, saepe occurrit *μηδὲν δεῖσθαί τινος supersedere posse, carere facile posse; non cupere, nolle, aspernari.* Vide modo Sturzii Lexic. Xen. s. v. Nro. 3 Vol. I p. 641.

§. 13. [1]) Hi duo loci sibi adversari videntur. Priore enim dicitur: Juris causa neque Athenienses in Ma-

cedoniam, neque Macedones Athenas profectos esse; posteriore: Athenienses jure Macedonico, Macedones Attico esse usos. Atqui jus Atticum non experiri poterant nisi Athenis, ut Macedonicum nisi in Macedonia. Ergo proficiscendum erat. Sed orator itinerum sumtus atque incommoditates ex novis pactis augeri sic ostendere vult: Dum nulla *σύμβολα* erant, actor in Macedonia negotians eum, unde petebat, in Macedonia in jus citabat; et actor Athenis negotians, Athenis jus suum persequebatur, juris causa non proficiscens. At in pactis necessario constituitur aut haec regula: „Actor sequitor forum rei" ; tum Atheniensis actor qui Athenis cum Macedone aliquo negotium contraxerit, non Athenis eum in jus vocabit, sed in Macedonia, et si causam amiserit, postulabit Macedonem Athenas. Ergo et Atheniensi et Macedoni juris causa proficiscendum erit. Aut ponamus alterum, ut Athenis eum in judicium rapere licuisset; tum Macedo si causam perdebat, ad patrium forum suum appellabat, et Atheniensi in Macedoniam proficiscendum erat. Namque prout inter civitates convenerat, forum constituebatur. Conf. supra §. 9 n. 3. — Utrumvis autem forum, patrium an peregrinum, definiebatur; non solum actori, sed etiam adversario itinera erant facienda propter appellationem, quae semper in iis pactis conventis concedebatur. — Cum nostro loco conf quoque Thuc. supra §. 9 not. 1 cit.

P. 80. ²) *Ὑποδοχήν* i. e. *ὑπόληψιν*, *ad impetrandum, ut homines opinentur, vos* etc. Reiskius. Pseudo-Dem. Epist. 3 p. 1482: *ἐργολαβοῦσι καθ' ὑμῶν εἰς ὑποδοχὴν πραγμάτων, ὧν διαψεύσειεν αὐτοὺς ὁ λογισμός.*

§. 15. ¹) *Τῇ τῶν λῃστῶν φυλακῇ* est veluti appositum ad *ἐπὶ προφάσει.* Augerus. Vide Prolegg. §. 3, et de hoc Appositionis genere pro Genitivo Matth. Gramm. §. 432 p. 802 sq. Pure enim dicendum erat: *ἐπὶ προφάσει τοῦ φυλάττεσθαι τοὺς λῃστάς.*

²) Rem a nemine alio traditam ita narrat Ulpianus:

Ἐλεγχθέντες γάρ τινες τῶν Θασίων, ὡς μέλλουσι Φιλίππῳ προδιδόναι τὰ πράγματα, ἐφυγαδεύθησαν ἐκ τῶν πολιτῶν (sc. ab iis Thasiis, qui cum Atheniensibus faciebant). *Τούτους ὁ Φίλιππος, πείσας τοὺς περὶ τὸν Χάρητα, κατήγαγε.* Itaque Philippus impulerat duces mercenariorum, quibus Chares praeerat, ut exules eos e Macedonia (*παρ' ἑαυτοῦ*), quo confugerant, in Thasum patriam reducerent. Meliora certe Scholiasta tradit, quam Raoul-Rochettius Hist. Colon. Vol. IV. p. 414 somniavit. — *Κεκομικέναι* dixit Hegesippus, sed Aoristos addidit ab uno *ἀξιῶν* pendentes *κατασταθῆναι, ὁμολογῆσαι, δοθῆναι* et *οἰκειώσασθαι* de re futura. Non assequor Schaeferum praestantissimum, qui miratur oratorem non scripsisse *κομίσαι*, quippe quo significetur res, non quae facta sit, sed quam Philippus fieri cupiat. „Quae ipsa causa est, ait ille, cur *μή*, non *οὐ* legatur.“ At si orator dixisset *οὐκ ἀξιῶν κεκομικέναι*, significasset: Philippus non existimavit se merito exules reduxisse; absurdum. Cf. Thuc. Lib. I cap. 102: *οὐκ ἀξιώσαντες ὑπὸ Λακεδαιμονίων τοῦτο παθεῖν.* Cf. I, 136. Atque *ἀξιῶν οὐ κεκομικέναι* ne Graecum quidem est. Cf. Xenoph. Anab. Lib. V cap. 2 §. 13: *ἀξιοῦντες τούτων μὴ χείρους εἶναι.* Postulari quidem non potest, ut fiat, quod jam est factum; sed *aequum censeri, existimari*; quare *ἀξιοῦν* cum Perfecto conjungitur. Plat. Apol. p. 18 D. c. 2: *ἀξιώσατε οὖν καὶ ὑμεῖς — διττούς μου τοὺς κατηγόρους γεγονέναι.* Thuc. Lib. IV cap. 80: *ἀξιοῦσιν ἐν τοῖς πολεμίοις γεγενῆσθαι σφίσιν ἄριστοι.* Praeclare vero Schaeferus observavit *τοὺς παρ' ἑαυτοῦ* dictum esse per Attractionem. De qua Brachylogia vide ad Olynth. p. 11 §. 8 not. 3. p. 13 §. 15 not. 1. Bernhard. Synt. p. 348 sqq. Flügel. ad Plutarch. Phoc. p. 37 sq. et de *ὁ παρά τινος* Sturz. Lex. Xenoph. s. v. *Παρά.* — De situ et opportunitate Thasi vide ad Phil. I p. 49 §. 32 not. 7. Epist. Philippi p. 159 §. 2: *Θασίων ὑποδεχομένων τὰς Βυζαν-*

τίων τριήρεις καὶ τῶν λῃστῶν τοὺς βουλομένους οὐδὲν ἐφροντίζετε, τῶν συνθηκῶν διαῤῥήδην λεγουσῶν πολεμίους εἶναι τοὺς ταῦτα ποιοῦντας.

§. 16. [1]) Thomas Mag. s. v. *Κατασκευάζω* p. 508 sq.: *Κατασκευάζει ὁ ναυπηγὸς τὴν ναῦν, κατασκευάζεται δὲ ὁ ἐπὶ τῇ κατασκευῇ, ταύτης τὰ ἀναλώματα διδούς. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό Οἰκοδομεῖ καὶ τὸ Οἰκοδομεῖται.* Sequitur exemplum nostri loci. Idem fere habet Ulpianus. „Minucianus p. 156 ubi sub enthymemate *ἀπ' ἀφορμῶν* quum locum nostrum recitasset, haec addit: *ἐκ γὰρ τούτων τὸ ἐπιβουλεύειν τῇ θαλάττῃ τὸν Φίλιππον συνέστηκεν* i. e. collegit vel argumentis demonstravit orator. Reiskius. Phil. II p. 74 §. 36 negat Demosthenes Philippum Olymp. CVIII, 2 classem habuisse, quae Atheniensi par esset. Vide Prolegg. Phil. I §. 17 not. 6 p. 66 sq.

[2]) Photius s. v. *Προτιμᾶν· τὸ φροντίζειν. καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς.* Idem Suidas. Ironice variatur *ὁ δ' οὐδὲν δεόμενος τῆς θαλάττης.*

§. 17. [1]) Hoc acriter pungebat Athenienses ignominiae insolentes, quod se contemni videbant. Conf. infra §. 29 not. 2. Vide Victorii Varr. Lectt. Lib. XXXII cap. 2 p. 889 sq.

[2]) De structura vide Prolegg. §. 3 et de sententia §. 45 not. 1.

[3]) „*Οἴκαδε λαμβάνειν* dicitur is bona, qui ab amico foris vel peregre agente missa accipit ultro delata, ex insperato, nullo suo promerito et citra obligationem referendae gratiae. Sententia est: Illi autumant Philippum dona ad se Athenas mittentem mittere dona in Macedonia nata; at ille nihil aliud ipsis mittit, quam exiguam particulam fortunarum patriae, quas ipsi antea Philippo vendiderunt. Cf. p. 157 §. 18. Reiskius. — *Οἴκαδε λαμβάνειν δωρεὰς* intelligo *dona accipere domum transferenda.* Augerus. — Simpliciter est *rem familiarem augere.* Id tantum abest ut illi homines conse-

quantur, ut etiam, quae prius possidebant, disperdant. Cf. p. 157 §. 18. Schaeferus. — Verum viderunt Jacobsius, Schaeferus et A. G. Beckerus. *Λαμβάνειν* enim h. l. i. q. *κερδαίνειν*, *lucrari*, *quaestum facere*, *rem familiarem augere*. Vide Elsner., Westen. et Wolf. ad Pauli Epist. II ad Corinth. cap. 2 vs. 20: *εἴ τις λαμβάνει.* Unde *λῆμμα lucrum*. Vide Gataker. Advers. Misc. cap. 27 p. 721. — Dem. de Cor. Trier. p. 1233 §. 17: *παντελῶς τἄλλα πάρεργα πρὸς τὸ λαβεῖν νομίζουσιν.* Pseudo-Dem. c. Theocrin. p. 1333 §. 35: *παρ' ὧν οὐδ' ἂν εἷς ἀξιώσαι λαβεῖν, τοῦτον παρὰ τούτων ἥδιστα λαμβάνειν πωλοῦντα τὰς γραφάς.* Ibid. p. 1341 §. 63: *ζῶντες ἀπὸ τοῦ συκοφαντεῖν οὔ φασι λαμβάνειν ἀπὸ τῆς πόλεως.* Xenoph. Cyrip. Lib. II cap. 2 §. 5 (12): *τοῦ λαβεῖν ἕνεκα καὶ κερδᾶναι.* (Schneider. *λαβεῖν τι.*) Ejusd. Memor. Lib. II cap. 9 §. 3 (4): *οὐ γὰρ ἦν οἷος ἀπὸ παντὸς κερδαίνειν, ἀλλὰ φιλόχρηστός τε καὶ εὐφυέστερος ὢν ἀπὸ τῶν συκοφαντῶν λαμβάνειν.* Aristoph. Eqq. vs. 863:

—καὶ σὺ λαμβάνεις, ἢ τὴν πόλιν ταράττῃς.

Isocrat. Panath. cap. 5 §. 12 Vol. II p. 432: *πάντες ἴσασι τῶν μὲν ῥητόρων τοὺς πολλοὺς οὐχ ὑπὲρ τῶν τῇ πόλει συμφερόντων, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτοὶ λήψεσθαι προςδοκῶσι συμφερόντων, δημηγορεῖν τολμῶντας.* — Origo hujus significationis patet vel e Xenoph. Anab. Lib. I cap. 3 §. 3: *οὓς ἐγὼ λαβὼν οὐκ εἰς τὸ ἴδιον κατεθέμην ἐμοί.* — *Οἴκαδε* adjecit noster verbis ludens propter *τὰ οἴκοι πωλοῦσι*, quod significat i. q. *πάντα τὰ οἴκοι πωλοῦσι* sc. *τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ σφῶν αὐτῶν*, ut compilans Pseudo-Dem. Or. c. Epist. p. 157 §. 18 *περιφράζει.* Cf. Phil. II p. 74 §. 37 not. 2 et Coron. p. 241 §. 46. Itaque verte: *et donis ab illo acceptis putant se rem familiarem augere, rem domesticam vendentes,* i. e. pa-

triam prodentes et perditâ patriâ etiam suam rem familiarem perdentes.

P. 81. §. 18. [1]) Wolfius jam locum rectissime interpretatus est: „De pacis autem emendatione, quam legati ab eo missi penes nos esse jusserunt, quia correximus id quod totius humani generis consensu justum est, ut utrique sua teneant; id et se concessisse et legatos ad vos dixisse negat.“ Recte ille conjunxit ἣν ἐπανορθώσασθαι ἔδοσαν, deinde ἀμφιςβητεῖ (contendit) μὴ δεδωκέναι ταῦτα, referendum est enim hoc Pronomen et ad δεδωκέναι et ad εἰρηκέναι. Conf. eandem fere stucturam in altero emendationis capite §. 30. — De hac emendatione formulae primariae vide Prolegg. Phil. II §. 5 sq. Ὁ Φιλοκράτης ἐν τῷ ψηφίσματι γέγραφεν: ἑκατέρους ἃ ἔχουσι (adde ἔχειν e proximo scholio), χαριζόμενος Φιλίππῳ. πολλὰ γὰρ ἀλλότρια ἡρπάκει. συνέντες Ἀθηναῖοι τοῦτο, ἔπεμψαν ἐπανορθώσασθαι τὴν εἰρήνην, ὥςτε ἔχειν ἑκατέρους τὰ ἑαυτῶν. Schol. Aug. In pace Antalcidea convenerat: τὴν αὑτῶν (sc. πόλιν) ἔχειν ἑκάστους sc. Ἕλληνας. Isocr. Pac. Vol. II p. 178 cap. 6 §. 16.

[2]) Phrasis satis nota, h. l. ideo notabilis, quod particulam sequitur Participium. Schaeferus. Platon. Legg. Lib. IV. p. 722 C: οὐδὲν ἄλλ' ἢ — διαλεγομένοι. Menon. p. 84 C. cap. 18 ουδὲν ἄλλ' ἢ ἐρωτῶντος ἐμοῦ. Pseudo-Dem. c. Phaenipp. p. 1043 §. 14: οὐδὲν ἄλλ' ἢ βουλόμενος. Lycurg. in Leocrat. p. 162 R. §. 33: οὐδὲν ἕτερον ἢ φοβούμενος. Aeschin. Ep. X. p. 684 §. 10: ἄλλο οὐδὲν ἢ — προςμένων. Quod Latinis quoque in usu esse observavit Buttmannus Ind. Platon. s. v. Ἄλλος, inprimis Livio, ut Lib. II cap. 32: „Ventrem nihil aliud quam datis voluptatibus frui.“ Cf. Lib. XXXI cap. 21. Lib. XXX cap. 3. Plene dicendum foret οὐδὲν ἄλλο πάσχων ἢ i. e. *propter nullam aliam causam, nisi quod.* In aliis locis sensus requirit ποιῶν, γι-

γνόμενος, additur etiam δυνάμενος. Vide Wurm. ad Dinarch. p. 70 sqq. Heind. ad Plat. Theaet. p. 195 init. §. 127. Buttmann. Gramm. media §. 150 p. 443 ed. 13 ... Cf. Chers. p. 92 §. 10. Quacum locutione non confundendum est οὐδὲν ἀλλ' ἤ. De quo cf. Chers. p. 108 §. 73 n. d.

[3]) Coram tot hominum millibus palam et clare dicta. — Arguit et ridet cum impudentiam adulatorum Philippi, tum absurditatem commentorum, quibus eum ductent. Reiskius. Atheniensium oblivione oratores abutebantur. Dem. f. leg. p. 342 §. 3: τὸ χρόνον γεγενῆσθαι μετὰ τὴν πρεσβείαν πολὺν δέδοικα μή τινα λήθην ἢ συνήθειαν τῶν ἀδικημάτων ὑμῖν ἐμπεποιήκῃ. Cf. Cor. p. 303 §. 225. Aeschin. c. Ctes. p. 614 §. 221.

§. 19. [1]) Conf. infra §. 36 n. 2.

[2]) Non *ementitum Decretum*, sed τὴν γνώμην τὴν καταψευδομένην τῶν πρέσβεων, *Decretum, quod de legatis ille mentitur.* Sic infra αὐτοὶ ὧν κατεψεύδετο τὸ ψήφισμα, *ipsi, in quos mentiebatur Decretum.* [§. 20 cf. §. 33: καταψεύδεσθαί μέ φησιν αὐτοῦ.] Haec intelligenda sunt de confictis querelis et falsis excusationibus Philippi, qui dicat Athenienses alia perscripsisse in Decreto, quam quae legati ipsius habuerint in mandatis aut Atheniensibus polliciti fuerint. Wolfius. De hac Synchysi vide Prolegg. §. 3. cf. Phil. II §. 8 not. 3, et de Pronomine gravitatis causa postposito §. 4. — Ἣν γνώμην ἡμεῖς ἐγράψαμεν δῆθεν ψευδῶς κατὰ τῶν πρέσβεων, ὡς εἶπε Φίλιππος. Ducas.

[3]) Prolegg. Phil. II §. 6. — Ceterum hic locus est classicus de ratione, qua populis Atheniensium cum legatis exterarum gentium agere solebat. Conf. Prolegg. Pac. §. 5 et 6.

§. 20. [1]) I. e. ὅτε ἀνεγιγνώσκετε αὐτοῖς τὴν ὑμετέραν ἀπόκρισιν. Reiskius.

[2]) Unus ex amplissimis honoribus erat (Cicer. De

Orat. I, 54), quod legati exterarum civitatum, sicut Atheniensium legati post munus renunciatum aliique de populo bene meriti, publice atque e Psephismate tanquam ad signum hospitalitatis ad epulas in Prytaneo sive Tholo exstructas invitabantur, *ἐπὶ τὴν δημοσίαν τράπεζαν*, Aeschin. fals. leg. p. 208 §. 22, vel *ἐπὶ ξενικὴν τράπεζαν*, Aeschin. c. Ctes. p. 616 §. 225. — Dem. f. leg. p. 446 §. 330: *δοίητ' ἂν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν ἢ ἄλλην τινὰ δωρεὰν, αἷς τιμᾶτε τοὺς εὐεργέτας.* Id. ib. p. 350 §. 31: *ἡ βουλὴ δὲ — οὔτ' ἐπήνεσε τούτους οὔτ' εἰς τὸ Πρυτανεῖον ἠξίωσε καλέσαι. Καίτοι τοῦτ', ἀφ' οὗ γέγονεν ἡ πόλις, οὐδεὶς πώποτε φήσει παθεῖν οὐδένας πρέσβεις.* Cf. Westermann. De publicis honoribus §. 13 p. 47. Hermann. Antiqq. Gr. §. 127. Hic honor solemniter dicebatur *καλεῖσθαι ἐπὶ ξένια* sive *ἐπὶ ξενίαν* sive *ἐπὶ ξενίᾳ εἰς Πρυτανεῖον.* Inscript. Olymp. CI—CIII in Boeckhii Corp. Vol. I p. 126: *καλέσαι δὲ καὶ ΕΠΙΞΕΝΙΑ τὸν ἥκοντα παρὰ τοῦ Σιδωνίων βασιλέως ἐς τὸ Πρυτανεῖον ἐς αὔριον.* Inscript. Olymp. C, 4 ibid. p. 123: *κ[αλέσαι] δὲ αὐτὸν* (sc. Phanocritum Parianum, qui adventum classis Lacedaemoniorum nunciaverat) *ΕΠΙΞΕΝ[ΙΑ] εἰς τὸ Πρυτανεῖον εἰς αὔριον.* Ibid.: *καλέσαι αὐτὸν ΕΠΙΞΕΝΙΑ εἰ[ς τὸ Π]ρυτανεῖον εἰς αὔριον.* Aristophan. Acharn. vs. 124: *ἡ βουλὴ καλεῖ εἰς τὸ Πρυτανεῖον. — Τοὺς δὲ ξενίζειν οὐδέποτέ γ' ἴσχ' ἡ θύρα.* Ad quae verba Scholiasta annotavit: *Ὁ δὲ λόγος ἐπὶ τῶν Πρυτάνεων, καθὸ ἐπὶ ξενίαν καλοῦσι* etc. Conf. Decretum Iatroclis in Boeckh. Corp. p. 144: *καλέσαι δὲ αὐτ[ὸν* sc. Zenodotum] *καὶ εἰς Πρυτανεῖον ἐπὶ δεῖπνον.* Xenoph. Vectig. cap. 3 §. 4: *ἀγαθὸν δὲ καὶ καλὸν καὶ προεδρίαις τιμᾶσθαι ἐμπόρους καὶ ναυκλήρους, καὶ ἐπὶ ξενίᾳ γ' ἔστιν ὅτε καλεῖσθαι* etc. Dio Chrysost. Venat. Orat. VII p. 111, 5 Mor. Vol. I p. 242 R: *δοκεῖ καλέσαι τοῦτον εἰς τὸ Πρυτανεῖον ἐπὶ ξενίᾳ.* Pollux Onom. Lib. VIII Segm. 138: *καὶ εἰς τὸ Πρυτανεῖον ἐπὶ*

ξενίᾳ ἐκαλοῦντο sc. οἱ πρέσβεις. Etiam extra Athenas si quis legatum vel alium hospitem ad convivium hospitale invitabat, ἐπὶ ξένια sive ξενίαν sive ξενίᾳ καλεῖν dicitur. Exposuimus hanc locutionem Programmate I, 1831. De eadem postea disseruit Funkhaenel. Quaest. p. 25 sq. qui vult ἐπὶ ξένια καλεῖν τινά significare i. q. *aliquem invitare ut accipiat ea quae hospiti dare par est.* — Ἐπὶ ξενίᾳ, i. q. *ut fruatur hospitio*; — ἐπὶ ξενίαν denique i. q. *invitare aut ad hospitium aliquem, quocum velis amicitiam facere*, aut *ad coenam hospitalem vocare* (ἐπὶ ξενίαν τράπεζαν). Promiscue iis locutionibus usos esse Graecos docent exempla in programmate collecta.

[3]) Vide Prolegg. Phil. II §. 5.

P. 82. §. 21. [1]) Χρήματα ἐκεῖνον αἰτούντων. Hoc habet aliquid difficultatis. Dicitne hoc Philippus, oratores Athenienses criminationibus pecuniam a se velle extorquere, qua data sint tacituri? Sed sic Philippus ipse his verbis suspicionem daret se corrumpere adversarios solere. Tum etiam vicina duo verba aliud exspectari jubent, ejusmodi aliquid: καὶ κακὰ ῥήματα ἐκεῖνον αἰτιωμένων. Weiskius. Infelix conjectura. Oratores Philippo adversantes dicuntur sycophantae, facile tacituri, si rex eorum silentium pecunia numerata emere vellet. Schaeferus. Σκοτεινὸν καὶ διερμηνευτέον ὡδί: ἔλεγε γὰρ ὁ Πύθων τότε, ὁ φιλιππίζων κατὰ τῶν ἀντιφιλιππιζόντων, ὅτι οἱ τοιοῦτοι λόγοι τῶν συκοφαντούντων, οὓς ἐκεῖνος ἀκούει διαπορθμευομένους ἐντεῦθεν ἐκεῖ, ὅτι κατηγορεῖτο καὶ ὑμεῖς ἀπεδέχεσθε τούτους ὡς ἀληθεῖς, οὗτοι λέγω οἱ λόγοι μεταβάλλουσι τὴν γνώμην Φιλίππου, ἵνα γένηται ἄπιστος, ὅταν φαίνηται ἄπιστος ὑμῖν, ὧν εὐεργέτης εἶναι ἐθέλει. Ducas. Qui cum Weiskio in scirpo nodum quaerere videtur.

§. 22. [1]) Ἐν τῇ εἰρήνῃ γέγραπται, in pace i. e. *in formula pacis scriptum est.*

[2]) Ἀντὶ τοῦ Ὡς Φιλίππου ποιήσοντος. Wolfius.

Genitivum si orator Conjunctioni *ὡς* adjunxisset, suum judicium pronuntiasset, aut potius rem futuram narravisset: *Φίλιππος ἅπαντα ποιήσει.* Sic infra p. 87 §. 44: *ὡς ὑμῶν γ' οὐκ ἂν δυναμένων — ἀναγκάσαι.* Hoc ipse orator acerbe judicat, non alienam opinionem retulit. Sed in Accusativo cum ea Particula conjuncto notio inesse videtur Pythonis verba dicta esse ex mente Atheniensium *ὡς γνόντων Φίλιππον ποιήσοντα.* Conf. Elmsley. Add. ad Eurip. Heracl. vs. 693 Bernhard. Synt. p. 134 sq. p. 480 sq. Matthiaeus autem §. 568 p. 1120 sqq. discrimen inter eas structuras esse negat.

§. 23. [1]) *Ἔλεγε δέ*] *ἐπίκρισις.* Ulpianus.

[2]) *Ἐπηγγέλλετο γάρ*, sc. *ὁ Πύθων*, *ποιεῖν τὰ δέοντα καὶ ἐπανορθοῦσθαι τὴν εἰρήνην.* Schol. Aug.

[3]) De hoc tertio Decreto Philocrateo vide Prolegg. §. 10. De toto loco cf. Prolegg. Phil. II §. 6 et supra ad §. 18 not. 1.

[4]) Prolegg. §. 2.

P. 83 §. 26. [1]) Sc. *δεδωκέναι τὴν ἐπανόρθωσιν.* Wolfius. Nihil est supplendum, saltem dic *μὴ δεδ. τ. ἐπ.* Vid. supra ad §. 3 not. 2.

§. 27. [1]) Amphipolim Olynthii tenebant, quum Philippus occuparet. Prolegg. Phil. I §§. 13 et 16.

§. 28. [1]) Apolloniam remotissimam Chalcidicensis societatis urbem et Pallenen regionem meridionalem Philippus occupavit bello Olynthiaco Olymp. CVII, 4 a. Chr. 348. Prolegg. Phil. I §. 4 et 30.

§. 29. [1]) I. e. *accurate.* Contulit Victorius loc. cit. p. 890 Terent. Andr. III, 2, 12:

> O Dave! itan' contemnor abs te? aut itane tandem idoneus
> Tibi videor esse, quem tam aperte fallere incipias dolis?

Saltem accurate. Conf. Prolegg. §. 2.

P. 84. [2]) Conf. supra §. 18.

[3]) Post *σφόδρα* Morellus (sive Lambinus id est) addi vult *ὑμῶν*, quod libri si addant, cupidus amplectar. Sic autem subaudiri solummodo debet. Reiskius. *καταπεφρονηκέναι* non scil. *ὑμῶν*, ut vult Reiskius, sed scil. *τούτων* i. e. *τῶν δικαίων*. Weiskius. Fallitur. Subaudiendum, non addendum *ὑμῶν*, quod etiam Augero placet. Sic hoc Verbum passim ponitur absolute. In Prooem. Dem. p. 1448, 8 (Proöm. 40 fin.): *ὅσῳ γὰρ ἂν μᾶλλον καταφρονήσωσι, τοσούτῳ θᾶττον ἁμαρτήσονται.* Xenoph. Cyrop. II, 4, 22: *νῦν δ' ὡς ᾔσθετο τοὺς πολεμίους ἐπιόντας, καταφρονεῖ.* Quanquam vix repugnem, si quis in talibus locis quicquam oportere subaudiri neget; *καταφρονεῖν* enim ita positum nihil aliud videtur significare quam *εἶναι φρονηματίαν*, *fastu turgere, efferri.* Schaeferus. Hesychius: *καταφρονεῖ· ὑπερηφανεῖ.* — Ceterum conf. supra §. 17 not. 1.

[4]) Vide quam proclivis sit orator ad usum Perfectorum, posthabitis Aoristis, quibus alii utuntur. Schaeferus. Prolegg. §. 3.

[5]) De pace ab Antalcida factâ haec intelligenda sunt. Sic et Archidamus ex Persico foedere Lacedaemoniorum esse Messenam affirmat. Vide Panegyricum Isocratis de auctoritate Persae inter Graecos. Wolfius. Loci inveniuntur Isocr. Arch. Vol. II p. 28 cap. 9 §. 26 sqq. Paneg. Vol. I p. 244 cap. 33 §. 119 sqq. At pace Antalcidea Athenienses praeter Imbrum, Lemnum, Scyrum omnes alias possessiones, itaque etiam Amphipolim amiserunt. Xenoph. Hellen. Lib. V cap. 1 §. 31 ibiq. citt. adde Andoc. Pac. p. 96 §. 12 sqq. Vide Prolegg. Phil. I §. 18 not. a. Hic adhibendus esse videtur locus Aeschinis fals. leg. p. 216 R. §. 32: *ἐφ' ἡμῶν γεγενημένα, τούτων ἐπεμνήσθην* (coram Philippo in legatione). *συμμαχίας γὰρ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων συνελθούσης, εἷς ὢν τούτων Ἀμύντας ὁ Φιλίππου πατὴρ*

καὶ πέμπων σύνεδρον καὶ τῆς καθ' αὐτὸν ψήφου κύριος ὢν (ergo sua sponte) ἐψηφίσατο Ἀμφίπολιν τὴν Ἀθηναίων συνεξαιρεῖν μετὰ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων Ἀθηναίοις. Καὶ τούτων τὸ κοινὸν δόγμα τῶν Ἑλλήνων καὶ τοὺς ψηφισαμένους ἐκ τῶν δημοσίων γραμμάτων μάρτυρας παρειχόμην. Hoc igitur factum est aetate Aeschinis et regnante Amynta, qui mortuus est Olymp. CII, 3. Atqui Olymp. CII, 1 Alcisthene Archonte *) Artaxerxes ut belli Aegyptiis inferendi socios augeret, Graeciae civitates ad intestina bella componenda et ad pacem stabiliendam per legatos adhortatus est. Quam adhortationem socii continuis bellis defatigati cupide amplexi, Lacedaemone convenerunt et exeunte anno omnes, etiam rex Persarum, praeter solos Thebanos, pacem firmaverunt, ut civitates (sociae) libertate fruerentur et sui juris essent. Xenoph. Hell. Lib. VI cap. 3 §. 18 sq. Diodor. Lib. XV cap. 50. Dionys. Hal. de Lysia cap. 12 Vol. V p. 479 R. Plutarch. Vit. Agesil. cap. 27 p. 611 B. Juraverant quidem, si verum tradidit Diodorus, eodem Persa compellente in eadem verba in consessu sociorum pariter Lacedaemonem convocatorum Olymp. CI, 2. Xenoph. loc. cit. cap. 2 init. Diodor. loc. cit. cap. 38. Sed quum Xenophon hanc pacem fortasse ne factam quidem paucis tantum verbis tetigerit et Diodorum pacem posteriorem cum priore conatu confudisse videatur (cf. Manson. Spart. Vol. III p. 139 et 146) quumque paulo post id concilium (Olymp. CII, 3) navigaverit Iphicrates ad Amphipolim

---

*) Contr. Neaer. p. 1357 §. 37 duae res: illa pax et pugna Leuctrica, quasi eodem Archonte factae narrantur: ὡς οὖν γίγνεται ἡ εἰρήνη ἡ ἐπὶ Φρασικλείδου ἄρχοντος (Olymp. CII, 2) καὶ ἡ μάχη ἡ ἐν Λεύκτροις Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων. Quippe inter eas viginti modo dies intercesserunt. Pax enim firmata est XIV Scirophorionis et pugna accidit V^to Hecatombaeonis. Plutarch. Vit. Agesil. cap. 28 fin. p. 611 sq.

recuperandam, ideo censuimus in posteriore sociorum consessu Amyntam et Artaxerxem per legatos (συνέδρους) rogasse, ut pro Atheniensibus Amphipolis conjunctis viribus expugnaretur. Prolegg. Phil. I § 11 conf. §. 4 not. 23 et Winiewskii Comment. p. 38. At si quis contra dicat: quomodo tale quid decerni potuerit, quum secundum eandem pacem omnes civitates esse deberent liberae? Respondemus Amphipolitas non fuisse socios sui juris, sed colonos Atheniensium. Conf. quoque Manson. loc. cit. P. II p. 55.

§. 30) [1]) Conf. supra §. 18. — „Completio sententiae hic coeptae habetur §. 32 in illis τοῦτο δὲ τὸ ἐπανόρθωμα.“ Reiskius.

[2]) Vide ad Olynth. I p. 15 §. 23 not. 2. Perperam negat Wachsmuthius Antiqq. Graec. Vol. II p. 447 sq. ea vocabula differre.

[3]) Conf. Phil. II §. 1 not. 2.

§. 31. [1]) Non jungenda μὴ μόνον, sed μή solum per se intelligendum, μόνον autem referendum ad sequentia, cum sit i. q. μόνους. Pusilla haec res non animadversa occoecavit Wolfium, Reiskium et Augerum. Schaeferus.

[2]) In medio jacere, patentes omnium injuriis et insidiis. Reiskius. Vide Phil. I p. 41 §. 5 not 4. Adde Bergler. ad Alciphron. Lib. II cap. 3 not. 75.

§. 32. [1]) Prolegg. Phil. II §. 3 p. 9.

[2]) Κατ' εἰρωνείαν λέγει τό Ἵνα etc. Ἰδοῦ γὰρ τυραννοῦνται τοῖς ὅπλοις. Ὁμολογεῖ τοῦτο λόγῳ, τοῖς ἔργοις τἀναντία πράττει. τὰς γὰρ Φερὰς ἐχειρώσατο. Schol. Aug. Σημείωσαι εἰρωνικόν. Ulpianus. Ironicum. Vid. Markland. ad Eurip. Suppl. vs. 521. Schaeferus. Praeter Marklandum plures de hac significatione particulae Δή citavit Matthiaeus Gr. §. 603 p. 1210.

[3]) Harpocrat. s. v. Πανδοσία, Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Περὶ τῆς ἁλώσεως τῶν ἐν Κασσωπείᾳ πόλεων, ὧν

ἐστὶ καὶ Πανδοσία, Θεόπομπος ἐν τρίτῃ ἱστόρηκεν. Cf. Steph. Byz., Hesych. et Suid. s. v. De toto loco vide Prolegg. §. 11.

[4]) Harpocrat. s. vv. *Βούχετα Δημοσθένης ἐν Φιλιππικῶν ἑβδόμῳ. Πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, πληθυντικῶς οὐδετέρως λεγομένη, ἣν Φιλοστέφανος* [sic ex emendatione Mausacus; libri dant *Φιλόχορος.* Favorinus s. eod. v.: *Φιλοστέφανος ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς*] *ἐν τοῖς Ἠπειρωτικοῖς ὠνόμασθαί φησι διὰ τὸ τὴν* [*Λητῶ ἤτοι* Etym. M.] *Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖσε κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν.* Conf. Suid. s. vv. *Βούχετα* et *Θέμιν.* Etym. M. p. 210, 35. Numus Romanus a Gronovio Thes. Vol. I ad imag. Europae Sidon. fol. L explicatus.

[5]) Coloniae in hac regione ab Arcadicis Pelasgis conditae esse videntur priscis temporibus. Vide annot. praecedentem. Raoul-Rochettii Histor. Colonn. Vol. I p. 219 sqq. Ex Elide quoque ante tempora Trojana in eandem regionem plures coloniae deductae sunt, ut Dulichium generatione ante, Phyleo Augiae filio duce, ab Epeensibus Eleensibus conditum est. Strabo Lib. X p. 456 A cap. 2 post med. Eodem tempore hae tres urbes conditae esse ab Epeensibus videntur Raoul-Rochettio loc. cit. Vol. II p. 229 aut a Dyspontiis, post dirutam ipsorum urbem Olymp. XLVIII, 1 quum Epidamnum et Apolloniam vicinam migrarent. Loc. cit. Vol. III p. 346 sqq.

[6]) *Καὶ τοῦτο εἰρωνικόν.* Ulpianus.

P. 85. §. 33. [1]) Prolegg. Phil. II §. 5 not. 2.

[2]) I. e. *ἥ ἐστι ἔτι νῦν*, *quae adhuc superest.* Reiskius. *Νῦν* opponitur *τῷ πάλαι* neque usquam significare videtur i. q. *ἔτι καὶ νῦν*, neque hoc vult orator. Sed epistola Philippi cum reliquis literis publicis servabatur in Metroo, tunc autem ob aliquam causam, fortasse ob causam de falsa legatione, in curiam lata est, ideo dici-

tur ἥ ἐστι νῦν ἐν τῷ βουλευτηρίῳ. Conf. f. leg. p. 381 §. 129. Aedes matris deorum curiae vicina erat. Aeschin. c. Ctes. p. 576. Pausan. Lib. I cap. 3 §. 4. — Cf. Chers. p. 91 §. 6.

[3]) Prolegg. loc. cit. not. 7.

[4]) Hic Infinitivus regitur ab ἔφη, quod praecessit. Augerus. Vide Matth. §. 538 p. 1058. §. 556 Obs. 1 p. 1093. Eundem ad Homer. Hymn. Apoll. vs. 157 p. 28. Adde Platon. Conv. cap. 2 p. 174 D: Τοιαῦτ' ἄττα σφᾶς ἔφη διαλεχθέντας ἰέναι — καὶ περιμένοντος οὐ κελεύειν προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν.

§. 34. [1]) Anecd. Bekk. p. 244, 10: Ἐκποδών· ἀφανής, ἐκ μέσου. Schaeferus.

§. 35. [1]) H. l. de tota Graecia intelligendum, quam late patuit. Sic etiam p. 242, 1 (Cor. §. 48: πᾶσα ἡ οἰκουμένη μεστὴ γέγονε προδοτῶν). Schaeferus. Ἡ οἰκουμένη interdum aliquam duntaxat regionem designat, quae qualis sit, ex orationis serie constituendum est. Ita apud Schol. Aristoph. Eqq. vs. 725 (739) λοιμοῦ τὴν πᾶσαν κατασχόντος οἰκουμένην i. e. τὴν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων οἰκουμένην. Ita alibi saepe ἡ οἰκουμένη est i. q. plene πᾶσα ἡ ὑπὸ Ῥωμαίους οἰκουμένη, quae verba addit Herodianus Lib. V cap. 2 §. 5. Plutarch. Vit. Pompej. p. 631 ἡ ὑπὸ Ῥωμαίων οἰκουμένη. Lamb. Bosius Ellips. p. 47 (79). Wolfii Cur. Philol. ad Ev. Luc. cap. 2 vs. 1, et passim; qui simul docet nonnunquam supplendum esse ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Graeciam τὴν οἰκουμένην nonnunquam a Graecis intelligi monui etiam in libello Exercitt. p. 203 ed. 4ae. Recteque h. l. vertit Reiskius in Ind. s. v. *terra a Graecis habitata.*

[2]) De horum vocabulorum significatione ironica vide supra §. 28. Herm. ad Viger. p. 753. Schol. Aug.: Διὰ τὸ πιθανὸν πρόσκειται τὸ ὥς ἔοικεν, ὅτι, ὡς φαίνεται, ἔξω τῆς οἰκουμένης ὑμῖν δωρήσεται. δεῖξον, φησί, ξένην οἰκουμένην Φιλίππῳ, καὶ τότε δωρεὰν ἕξεις ἀμάρτυρον,

§. 36. [1]) Orator probaturus erat castella Cersobleptis a Philippo capta esse post, quam pax facta sit. Quam quaestionem ut accurate dirimamus, colligamus rerum gestarum tempora. Legati Atheniensium primum cum Philippo congressi et pacti sunt, ut ne Chersonesum aggrederetur, Anthesterione Olymp. CVIII, 3 sive Februario 346. Quo facto Athenas redeunt. Prolegg. Pac. §. 5. Philippus autem statim post discessum legatorum abiit in Chersonesum. Elaphebolionis die XIX^mo sive 20 Martii pax et societas in concione Athenis facta et confirmata, Prolegg. cit. §. 6, ejusdemque mensis die XXIV sive 25 Martii jurejurando mutuo per legatos regis exacto pax foedusque sancitum est et eodem die aut postridie Hieron-Oros, quo Cersobleptes confugerat, a Philippo expugnatum. Prolegg. cit. §. 7. — Munychionis III^io die sive Aprilis 2^do legati Atheniensium denuo profecti sunt. Thargelionis die XXII sive 21 Maii castellis Thraciae expugnatis et Cersoblepte devicto cum ejusdem filio obside Philippus Pellam rediit; Scirophorionis (Junii) initio Pheris ipse juramento pacem sanxit. Prolegg. cit. §. 8. Ergo innuit orator Elaphebolionis dies XIX^mum et XXIV^mum, et Thargelionem mensem.

Oppida autem praeter nominata h. l. significantur Doriscus in ora maritima et lata planitie cum castello regio (Herodot. Lib. VII, cap. 59), Myrtium (Var. Myrtenum), Myrgisca, Ganos et Ganis. Dem. Chers. p. 105 §. 64. Cor. p. 234 §. 27. Aeschin. c. Ctes. p. 474 §. 82. Etiam reliqua ea oppida fuisse sita in ora maritima monuimus ad Liban. Arg. Chers. p. 89 §. 5 not. 1.

Neque vero Atheniensium erant illa castella, sed Thracum, quos regebat Cersobleptes illorum socius; Prolegg. Phil. I §. 27. Chares autem, qui in Hellesponto classi Atheniensium praeerat, Hieron-Oros et Serrhium

praesidiis impositis custodiverat. Phil. III p. 114 §. 15: *ἄρτι τῆς εἰρήνης γεγονυίας, οὔπω Διοπείθους στρατηγοῦντος, οὐδὲ τῶν ὄντων ἐν Χεῤῥονήσῳ νῦν ἀπεσταλμένων, Σέῤῥιον καὶ Δορίσκον κατελάμβανε καὶ τοὺς ἐκ Σεῤῥίου τείχους καὶ Ἱεροῦ Ὄρους στρατιώτας ἐξέβαλλεν, οὓς ὁ ὑμέτερος στρατηγὸς* (sc. Chares) *ἐγκατέστησεν. καίτοι ταῦτα πράττων τί ἐποίει; εἰρήνην μὲν γὰρ ὀμωμόκει.* Cf. Aeschin. f. leg. p. 267 §. 90 et 92. Dem. Chers. p. 105 §. 63 sq. Prolegg. in h. orat. §. 12. Postulavit igitur Philippus, ut judicii communis et aequi arbitrio dijudicandum permitteretur, utrorum, Philippi an Atheniensium, essent, quae ille occupaverat. Conf. supra §. 7 not. 3.

[2]) Conf. supra §. 19 not. 1.

P. 86. §. 38. [1]) Carystus urbs Euboeae, unde *Καρύστιος*. Sed hic videtur proprium esse nomen. Wolfius. Res prorsus ignota est; sed si hariolari licet, Philippus videtur turbis eo tempore in Euboea excitatis quum Geraesto prope Carystum insidiaretur (Prolegg. §. 11) hujus urbis incolam quendam, Atheniensium proxenum, interfecisse. *Καρύστιον* enim putamus etiam h. l. esse Nomen gentile.

Πρόξενός ἐστιν ὁ προστάτης ἐν τῇ ἑαυτοῦ πόλει ἄλλης πόλεως. Schol. Aug. Recte proxenus a Scholiasta dicitur e peregrinis civibus electus esse, neque urbis fuisse civis, cujus negotia procurabat et cujus legatos, negotiatores omnesque cives adjuvabat (Handelsconsul). Vide Böckh. Oecon. Vol. I p. 55. Wachsmuth. Antiqq. Graecc. Vol. I P. I p. 122 sq. ibiq. citt. II, 1 p. 67. Westermann. de publ. honor. §. 12 p. 42. Hermann. Antiqq. Gr. §. 116 ibiq. citt.

[2]) *Ἐκεῖνος*, ut et cetera Demonstrativa, post Relativum pleonastice, ut aiunt, ponitur, ubi magna vis inest. Xenoph. Cyrip. Lib. I cap. 4 §. 19: *οὐχ ὁρᾷς, ὅσον τὸ στῖφος τῶν ἱππέων ἕστηκε συντεταγμένον; οἵ, ἢν ἐπ' ἐκείνους ἡμεῖς ἐλαύνωμεν, ὑποτεμοῦνται πάλιν ἡμᾶς*

ἐκεῖνοι. Weiskius. De hac loquendi lege a bonis scriptoribus non admissa nisi cum vi quadam vid. Fritzsch. Lucian. p. 109 sq., qui etiam Ciceronis locum citavit ad Famil. Lib. IV ep. 3: „in quo ille existimat, quod facile appareat, cum me colat et observet, tibi quoque in eo se facere gratissimum."

§. 39. [1]) Ad solum posterius refertur. Schaeferus. Cf. Prolegg. §. 4.

[2]) Puto loci esse proprium nomen. Wolfius. Praeter Augerum omnes, etiam Bekkerus, ἀγορᾶς minuscula litera initiali scripserunt; at est nomen urbis. Vide Herodot. Lib. VII cap. 58. Scylax p. 28 ed. Huds. Eustath. ad Iliad. Α' vs. 54 p. 45, 10. Stephan. Byz. s. v. Quae urbs in alieno loco posita est a D'Anvillio in mappa Asiae et a Gatterero in Thracia p. 48. Vide Larcher. Tab. Geogr. s. v. Mannert. Vol. VII p. 202. Situm recte pinxit Krusius, cujus „Graeciam" inspice. — ἔξω Ἀγορᾶς est *ultra Agoram*, et ἔσω h. l. est i. q. *citra*. Xenoph. Anab. Lib. I cap. 4 §. 4 — 5: τὸ μὲν ἔσωθεν — τὸ δὲ ἔξω. — ὅπως ὁπλίτας ἀποβιβάσειεν εἴσω καὶ ἔξω τῶν πυλῶν. Schol. Aug.: Ἀγορὰ τόπος τῆς Χεῤῥονήσου καὶ μέχρι τούτου Φίλιππος ὁρίζεται τοῖς Ἀθηναίοις εἶναι Χεῤῥόνησον. Τὴν προσηγορίαν ἔλαβεν ὁ Φίλιππος ὅριον καὶ μέτρον τῆς χώρας.

[3]) De Apollonide Cardiano cf. Prolegg. Phil. I §. 27.

[4]) Platon. Legg. Lib. VIII cap. 9 p. 842 fin.: Διὸς ὁρίου μὲν πρῶτος ὅδε νόμος εἰρήσθω· μὴ κινείτω γῆς ὅρια μηδείς etc. Dionys. Hal. Antiqq. Lib. II cap. 74: Κελεύσας γὰρ ἑκάστῳ περιγράψαι τὴν ἑαυτοῦ κτῆσιν καὶ στῆσαι λίθους ἐπὶ τοῖς ὅροις, ἱεροὺς ἀπέδειξεν (sc. Numa) ὁρίου Διὸς τοὺς λίθους. ibiq. Reisk. Brodaei Miscell. Lib. VI cap. 9 p. 224 etiam in Gruteri Lampad. Vol. II p. 555. De Jove Terminali cf. quoque Winckelm. Monum. cap. 1 §. 5.

[5]) Scholiastes Hermogen. p. 401: Τιβέριός φησιν,

ὅτι ἐνάργεια γίνεται κατὰ μὲν ἔννοιαν, ὅταν μὴ μόνον λέγῃς τόπον, ἀλλὰ καὶ παρακολουθοῦντα τῷ τόπῳ σημεῖα, οἷον ἐν τῷ τῆς Ἁλοννήσου: καίτοι — ἀλλὰ βωμὸς Διὸς τοῦ Ὁρίου. Καὶ ποῦ ὁ βωμός; ὅς ἐστι μεταξὺ Πτελεοῦ καὶ Λευκῆς ἀκτῆς. Εἶτα πάλιν ἄλλο σημαντικόν: οὗ ἡ διωρυχὴ — ἔσεσθαι. De situ Leuces Actes vide Larcher. Tab. Geogr. s. v. Sed de Pteleo hoc locus noster singulus esse videtur. Alia sunt multa oppida ejusdem nominis. Vid. Eustath. locus, quem in Prolegg. §. 7 not. 12 citavimus. Martinierii Lex. Geogr. s. v. — De perfossione Chersonesi vid. Phil. II p. 73 §. 30 not. 4. — De situ Cardiae secundum Strabonem Lib. VII p. 226, Plin. H. N. Lib. IV cap. 11 et Steph. Byz. s. v. κριθώτη accurate disseruit Fr. Gust. Kiesslingius in libello bonae frugis pleno, qui inscribitur De Menaechmo Sicyonio et Hieronymo Cardiano (Cizae 1830) p. 12 sq.

§. 40. [1]) Λευκῆς subaudi ἀκτῆς. Quae ellipsis notanda. Schaeferus. — Epigramma hoc ediderunt Huschk. Anal. crit. p. 269. Jacobs. Anthol. Graec. Vol. XIII p. 675. Anthol. Palat. Vol. II p. 264.

[2]) Ἀμμορίαν varie explicaverunt. Reiskius in Ind. s. v. *immortalitatem*, ut ἀμμορίης μέσος i. sit q. *immortalis*. „At haec primum ad sensum non apte junguntur; deinde ἀμμορία non est *immortalitas*, sed i. q. δυστυχία. — Unum Etymol. M. habet: ἀμμόριον· ἀθάνατον, cujus tamen auctoritas, exemplis destituta, non est quod nos moveat. [Attamen etiam Hesychius: ἄμμοιρον· ἀμέτοχον. ἀθάνατον. Vöm.] Denique mirum dictu foret *immortalitatis medium esse* pro *immortalem esse*. — Aptus autem nascitur sensus:

Hancce deo posuere insignem ornatibus aram,
Leuces et Ptelei quâ media ora foret,
Indigenae, signum campis; confinia namque
Rex Superûm medius Juppiter ipse tenet.

Jam patet verbi *μέσος* apte repetiti concinnitas: *velut ara ista, sic ipse* Jupiter medius est in confinio, praesentique numine adest.“ Weiskius. Bene quidem, nisi quod *ἀμμορίης* sanum est et accuratius translatum a Wolfio:

Juppiter ipse
Rex Superûm medius limite signat agros.

Scholiasta: *Ἀμμορίης· κατὰ στέρησιν τοῦ μορίου* (*μόρου* Bav.). — *Ἀμμορία* sive *ἀμοιρία* est i. q. *privatio;* deinde *privatio boni* i. e. *δυστυχία*, *infortunium.* H. l. *disjunctio, discrimen, limes, terminus*, quo utrimque Chersonesitae *disjungantur*, *discernantur*, *Grenzscheide*, et *μέσος ἀμμορίης* est i. q. *sequester limitum*, non supplendum *ἕνεκα* quod desiderat Augerus. Vide Matth. Gram. §. 354 Obs. *η* p. 668. Bernhard. Synt. p. 138. — *Μέσος* h. l. i. q. apud Thucyd. Lib. IV cap. 83 *μέσος δικαστής* i. e. *μεσίτης* Schol. *συνθηκοφύλαξ*. Itemque *Medius* Latinis pro *arbitro*, *qui neutrius partis est.* Vide Gesner. Thes. s. v. p. 238, 13. Heins. ad Claudian. Ruf. Lib. II vs. 309. ad Mall. vs. 250. ad Ovid. Fast. Lib. I vs. 287. — Jacobsius et A. G. Bekkerus verterunt „Mittler der Feldmark.“

Alio consilio, non ad terminum definiendum, sed ad dimidiam viam inter Athenas et pagos diversos significandam Hipparchus Pisistratida Hermas (milliaria) posuit Distichis inscriptos; talis quaedam inscriptio a Boeckhio (Corp. Inscript. Vol. I p. 31 et p. 880 Nro. 12) expleta et explicata est:

Ἐν μέσῳ (pro *μέσσῳ*) *γε Θρίης τε καὶ ἄστεος, ἄνερ, ὅθ' Ἑρμῆς.*

Idem vir doctus conferri jubet Pseudo-Plat. (Simonis Socratici) Hipparch. p. 228 C: *ἔστησεν αὐτοῖς Ἑρμᾶς*

κατὰ τὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τῶν δήμων ἑκάστων. Cf. Boeckh. loc. cit. p. 483 Nro. 525.

§. 41. [1]) Regio illa propter colonias vel vulgo (*τοῖς πολλοῖς*) Atheniensium nota erat. Est quod tam tritum moneam.

P. 87. [2]) Hoc non cum *ἐπιστέλλει*, sed cum *διαδικάζεσθε* conjungendum est.

[3]) De *ἔξω* et *ἔσω* in statu vide Lobeck. ad Phrynich. p. 127 sq. verba memoriter citantem.

[4]) Veluti suspirans et indignans atque fremens iterat *πρὸς Καρδιανοὺς*, *cum Cardianis me miserum.* Reiskius.

§. 42. [1]) Vide supra §. 7. not. 1.

[2]) *Κτῆμα Ἐγκτήματος διαφέρει. Κτῆμα μὲν γάρ ἐστιν* [*κυρίως* addit. Vind. 4], *ὅταν τις ἐν οἰκείᾳ γῇ κτήσηταί τι χωρίον. Ἔγκτημα δέ, ὅταν ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ τις κτήσηταί τι χωρίον.* Ulpianus. Idem fere Ammon. s. v. *Κτήματα* et Bekker. Anecd. p. 251 p. 260. „Ipse auctor discrimen satis declarat." Wolfius. *Ἔγκτησις* est jus agri ac domicilii possidendi in terra peregrina. Conf. Prolegg. Phil. I §. 2 not. 7. Westermann. De publicis honoribus §. 4 p. 13. Victor. Varr. Lectt. Lib. XXIX cap. 21 p. 839.

[3]) Prolegg. h. or. §. 10 not. 7.

§. 43. [1]) Sc. *αὐτοῦ* Wolfius, qui vertit: *Quem quum ego violatarum legum reum fecissem, vos absolvistis.* Ita etiam Augerus, Ducas etc. Jacobsius contra et qui eum secuti sunt: *eum condemnavistis.* Quibus refragatur vel Particula *τοιγάρτοι.* Sententia est enim haec: Quum ego eum legum violatarum accusavissem, repudiatus sum a vobis. Propterea vero regio illa vobis controversa facta est.

[2]) *Sustinebitis, patiemini,* de re indigna et foeda. Wolfius non male: *vos non pudebit.* Schaeferus.

§. 44. [1]) Vide §. 22 not. 2. — Verte: *Quum scilicet*

vos quidem non possitis quidquam cogere Cardianos, ut vobis obsequantur. — Cave conjungas οὐδὲν ποιῆσαι, quum dicendum foret μηδὲν ποιῆσαι, recte vero conjungimus οὐδὲν cum ἀναγκάσαι, qui Infinitivus pendet a δύναμαι. Quem usum tangebamus Libell. nostr. scholast. Exercitt. p. 139. De Accusativis ἀναγκάζω τινά τι, *cogere aliquem aliquid*, i. e. ad aliquid, vid. Heind. ad Plat. Phaedr. §. 41 p. 235. Est quoque h. l. discrimen observandum inter ποιεῖν τινά τι, *afficere aliquem aliquo;* et ποιεῖν τί τινι *aliquid pro aliquo facere, gratum ei facere, obsequi, inservire.* Conf. D'Orvill. ad Charit. p. 191 p. 316 Lips. Inde ἀγαθόν τι ποιεῖν τῇ πόλει pro urbe aliquid boni facere et similes locutiones, quarum partem collegit Zeunius ad Viger. p. 289. Adde Dem. leg. p. 437 §. 298 sq.: μὴ τοῖς ἐχθροῖς ἡδονὴν ποιῶσιν. — ἡδονὴν Φιλίππῳ ποιῆσαι. Id. c. Macart. p. 1073 §. 67: τοῖς κατοιχομένοις τοὺς προςήκοντας ποιεῖν i. e. *mortuis, in honorem defunctorum justa facere*, ut Isaeus plene dixit de Astyphil. hered. p. 249 R. §. 32: πρὶν ἐκείνῳ τὰ νομιζόμενα ποιῆσαι, et de Nicostr. hered. p. 78 §. 19: ὃς τῷ τεθνεῶτι μηδὲν τῶν νομιζομένων ποιήσας. — Dem. Phil. III p. 127 §. 65: τεθνάναι μυριάκις κρεῖττον ἢ κολακείᾳ τι ποιῆσαι Φιλίππῳ, *quam Philippo gratificari.* Id. c. Aphob. fals. test. p. 855 §. 37: τί σοι ποιήσωσιν οἱ μάρτυρες i. e. *quid te testes juvabunt, quid tibi proderunt?* non enim κακόν hîc omissum est, quod putavit Vigerus loc. cit. Id. c. Onet. II fin. p. 880 §. 14: καὶ ταῦτ' ἐθέλοντα ποιεῖν ὑμῖν αὐτοῖς *et quidem quum vellem obsequi vobis ipsis.* Cf. Pseudo-Dem. c. Phaenipp. p. 1045 §. 21. Sed τὰ δίκαια ὑμῖν ποιῆσαι, ut n. l. vulgo legitur, inquinate dictum esset. In Pseudodemosthenicis orationibus ποιεῖν τί τισι significat etiam *in aliquibus, apud aliquos aliquid facere.* Ut c. Euerg. p. 1148 §. 31: ὅπερ καὶ ἄλλοις πεποίηκεν. Phil. IV p. 145 §. 51: ἄχρις οὗ τοῖς ἑτέ-

ροις ἐξ ἴσου ποιῆσαι, διεπιστεύετο. De qua significatione vide Bernhard. Synt. p. 123. Denique ab hac structura diversae sunt formulae ποιεῖν τινὶ λόγον, ἐξουσίαν, φόβον etc. parare alicui dicendi facultatem etc. υἱὸν ποιεῖσθαι ἑαυτῷ, adoptare sibi aliquem.

P. 88. §. 45. [1]) Cf. supra §. 17 not. 2.

[2]) De αὐτὸς pro οὗτος post Relativum vide Förtsch. Observv. in Lys. p. 74 sq.

[3]) Vid. Prolegg. §. 4.

§. 46. [1]) Τὴν εὖ γεγραμμένην. εἰρωνικῶς. Wolfius.

[2]) Hoc Psephisma in ipsis comitiis adhibito scriba publico conscriptum esse ab oratore putat Schömannus Comitt. p. 118. Id quidem nonnunquam factum esse probat supra §. 19. Sed videtur esse similius veri, responsionem jam ante conscriptam, et in comitiis a praecone recitatam fuisse; γράψαι τὴν ἀπόκρισιν non interpretamur *scribere responsionem*, sed *rogare*. Ceterum de hoc Epilogo cf. Prolegg. §. 5.

INDICES

RERUM ET VERBORUM.

INDICES

Rerum et Verborum.

NB. Paginae indicantur Reiskianae.

Θ, *Th*, *η*, *I*, *K*, *C* vide post *E*, et *U*, *V*, *Y*, *Ph*, *Φ*, *Ch*, *X* post *T*.

De Verbo.